



Universiteit
Leiden
The Netherlands

Hervaeus Natalis, *De secundis intentionibus*, Distinctiones I&II : critical edition with introduction and indices

Dijs, J.

Citation

Dijs, J. (2012, March 20). *Hervaeus Natalis, De secundis intentionibus, Distinctiones I&II : critical edition with introduction and indices*. Retrieved from <https://hdl.handle.net/1887/18607>

Version: Corrected Publisher's Version

License: [Licence agreement concerning inclusion of doctoral thesis in the Institutional Repository of the University of Leiden](#)

Downloaded from: <https://hdl.handle.net/1887/18607>

Note: To cite this publication please use the final published version (if applicable).

Cover Page



Universiteit Leiden



The handle <http://hdl.handle.net/1887/18607> holds various files of this Leiden University dissertation.

Author: Dijs, Judith

Title: Hervaeus Natalis, De secundis intentionibus, Distinctiones I&II : critical edition with introduction and indices

Issue Date: 2012-03-20

⟨Distinctio prima⟩

1 Ad evidentiam aliqualem habendam de secundis intentionibus primo
quaerentur de eis quaedam in generali et postea in speciali. In generali
primo quaeretur de primis intentionibus, a quarum notitia aliquomodo
5 dependet notitia secundarum intentionum. Secundo quaeretur de ipsis
secundis intentionibus.

*A 1^{ra}, W 1^{ra},
V 1^{ra}*

2 Circa primum quaerentur quinque. Primum est utrum prima intentio
sit species intelligibilis. Secundo utrum sit ipse actus intelligendi. Ter-
tio utrum sit res in universali accepta, ut homo, animal et consimilia et
10 tantum sit res sic accepta. Quarto utrum privationes pertineant ad pri-
mas intentiones. Quinto utrum figmenta (puta chimaera, hircocervus et
consimilia) pertineant ad primas intentiones.

⟨QUAESTIO PRIMA⟩

⟨*Utrum prima intentio sit ipsa species intelligibilis*⟩

15 3 Ad primum sic proceditur. Et arguitur quod prima intentio sit ipsa
species intelligibilis quia: Illud quod est intentio et ante quod non est
alia intentio, est prima intentio. Sed species intelligibilis est huiusmodi.
Ergo *etc.* Maior patet. Minorem probo quantum ad duas partes.

4 Et primo quantum ad hoc quod species intelligibilis est intentio. Et hoc
20 probo tripliciter. Primo sic quia: Non minus, ut videtur, habet species
intelligibilis esse intentionale quam species rerum sensibilium in medio
et in organo. Sed ab omnibus ponitur quod species rerum sensibilium
habent esse intentionale in medio et in organo, et quod sunt quaedam
intentiones rerum sensibilium. Ergo *etc.*

7 quaerentur] AV queruntur W 8 sit²] WV om. A | ipse] AV ipsa W 9 sit] WV
om. A 9–10 et ... accepta] WV om. A 15 sit] AV est W 18 ergo] WA et ergo V
19 hoc] WV primam hoc A | est] WV sit A 20 minus] WV minuu (!) A 23–24 et
... sensibilium] WV om. A

5 Secundo probo idem sic quia: Species tam in sensu quam in intellectu aut habent esse reale aut esse intentionale. Non esse reale, quia duo contraria non possunt esse simul secundum esse reale. Sed species contrariorum sunt simul in intellectu et in sensu. Ergo non habent ibi esse reale. Relinquitur ergo quod habeant esse intentionale; et per consequens 5 quod sunt quaedam intentiones.

6 Tertio sic quia: Illud quod est tantum ens in anima, est tantum intentio sive est tantum quid intentionale. Ens enim apud animam distinguitur contra ens reale. Sed species intelligibilis habet tantum esse in anima. Ergo *etc.* 10

7 Secundam partem minoris facilius probatur, scilicet quod ante speciem intelligibilem non est in intellectu aliqua intentio prior, quia: Ante speciem intelligibilem nihil est prius in intelligente nisi substantia intelligentis et potentia intellectiva et forte aliquis habitus. Sed nullum istorum ponitur esse intentio. Ergo ante speciem intelligibilem non est aliqua alia 15 intentio prior.

8 Et sic patet utraque pars minoris principalis.

9 Praeterea. Aut est prima intentio aut nulla. Sed non potest dici quod sit nulla. Ergo *etc.* Maior patet ex dictis quia, cum nulla alia intentio praecedat speciem intelligibilem, oportet quod si est intentio, quod sit 20 prima. Minor probatur quia: Omne quod habet esse reale, est in aliquo decem praedicamentorum. Sed species intelligibilis non est in aliquo decem praedicamentorum. Ergo *etc.* | Probatio minoris huius prosyllogismi quia: Si species intelligibilis esset in aliquo genere, esset in genere qualitatis. Sed hoc est falsum, quia, ut de se patet, non est in quarta 25 specie qualitatis, quia non est figura; nec in tertia, quia non est passio vel passibilis qualitas, quia tales sunt qualitates sensibiles; nec in secunda, quia non est potentia naturalis vel impotentia, ut de se patet, cum

W 1^b

2 esse²] WV om. A 3 possunt] WA possent V | secundum] WA^c cum V 4 simul] WA similiter V 5 habeant] WV habet A 6 quod] WV om. A 7 tantum ens] WV om. A | tantum²] A om. WV 8 ens] W^c esse AV 9 ens] WV esse A 11 probatur] WV om. A | scilicet] A secundum WA 13 in intelligente] AV om. W sine intelligente W^c | substantia] WA scientia (!) V 14 aliquis] WA aliquid V 17 principalis] WV om. A 20 praecedat] WA procedat V 21 est] WV oportet quod sit A 22–23 intelligibilis ... ergo *etc.*] W^cA om. W V 24 si] WA sed V 25 sed hoc] WA quod V 27 tales] WAV qualitates add. W 27–28 in ... est] W^c om. WV vel A

habeatur per acquisitionem; nec in prima, non enim est habitus vel dispositio, quia pertinerent ad scientiam, quod est falsum, cum scientia ex frequentia actuum acquiratur; species autem est ante omnem actum. Ergo *etc.*

- 5 10 In contrarium arguitur quia: Esse reale distinguitur contra esse intentionale. Sed species praedictae habent esse reale. Ergo non sunt intentiones. Maior videtur plana. Minor | probatur tripliciter. Primo quia: Illud quod habet causam realem ipsum efficientem, est vera res. Sed species est huiusmodi. Ergo *etc.* Maior patet, quia omne agens reale aliquid reale
10 facit. Minor etiam faciliter patet, quia res | exteriores mediante sensu
exteriore et fantasmate sunt causae speciei intelligibilis; ergo habent causam realem agentem. V 1^{rb}
A 1^{rb}

- 11 Secundo sic quia: Illud quod est causa actus realis, est ens reale; et ista de se patet. Sed species intelligibilis est huiusmodi, cum secundum
15 ponentes speciem species sit causa actus intelligendi. Ergo *etc.*

- 12 Tertio sic quia: Species intelligibilis non minus videtur habere esse reale quam species quae est in medio vel in sensu; et haec videtur plana, cum actus intellectus debeat habere maiorem realitatem quam actus sensus, sicut intellectus habet perfectiorem entitatem quam sensus.
20 Sed species in medio et in sensu habent esse reale, quia habent esse circumscripto omni opere intellectus. Illud autem quod circumscripto omni opere intellectus habet esse, videtur habere esse reale ex natura rerum. Ergo *etc.*

⟨Solutio⟩

- 25 13 Respondeo. Ad evidentiam istius quaestionis primo intendo praemit-tere tres distinctiones, et postea respondebo ad quaestionem.

1 nec in prima] W nec etiam A om. V | non enim est] W^cV om. WA 2 pertinent] A pertinent W pertineant V | est falsum] AV autem non est sic W^c species est W
3 ex frequentia] W^cA om. WV 8 ipsum] A ipsam WV 10 facit] WV agit
A 11 exteriore] WV om. A | habent] AV habet W 14 intelligibilis] WV om. A
15 speciem, species] speciem W species AV 18 actus] AV accidens W 19 actus] AV
accidens W | sicut ... sensus] WA om. V | intellectus] WV et intellectus A 21 illud
autem] WV sed A 22 reale] WAV et add. V

⟨De prima distinctione⟩

14 Primo intendo distinguere de hoc nomine ‘intentio’, quia multipliciter dicitur. Sciendum est igitur quod intentio pertinet tam ad voluntatem quam ad intellectum. Et quia videtur quod intentio importet tendentiam in quoddam alterum, intentio tam voluntati tendenti in suum obiectum quam etiam intellectui respectu sui obiecti convenit. Dicitur igitur dupliciter intentio ex parte voluntatis. Uno modo ipse actus voluntatis tendentis ad assequendum aliquem finem per aliquod medium; sicut si aliquis vellet ire ad ecclesiam propter gloriam hominum sive laudem, diceretur de tali quod per talem actum intendit habere gloriam sive laudem; si autem iret propter Deum, diceretur intendere Dei honorem. Alio modo dicitur intentio res intenta, sicut quandoque dicitur voluntas res volita, quam scilicet aliquis vult; sicut dicitur quod bibere est voluntas sitientis.

15 Ex parte autem intellectus dicitur intentio dupliciter. Uno modo dicitur intentio ex parte ipsius intelligentis esse scilicet illud quod per modum alicuius repraesentationis ducit intellectum in cognitionem alicuius rei, sive sit species intelligibilis | sive actus intelligendi, sive conceptus mentis quando format perfectum conceptum de re. Isto modo etiam posset extendi nomen ‘intentionis’ ad quamcumque similitudinem sive exemplar ducens in cognitionem rei.

16 Alio modo dicitur intentio illud quod se tenet ex parte rei intellectae; et hoc modo dicitur intentio res ipsa quae intelligitur inquantum in ipsam tenditur intellectus sicut in quoddam cognitum per actum intelligendi. Et intentio sic dicta formaliter et in abstracto dicit terminum ipsius tendentiae sive ipsam terminationem, quae est quaedam habitudo rei intellectae ad actum intelligendi. In concreto autem et materialiter dicit illud quod intelligitur, quicquid sit illud.

2 primo] WAV ergo add. A modo add. V 3 est igitur] WV ergo A 4 videtur ... importet] WV intentio videtur importare A | tendentiam] A^c tentionem (!) WV om. A 5 intentio] AV om. W | tam] WA om. V 6 quam] A tamen W tam V | etiam] WA et V | convenit] W om. AV 7 dupliciter] WA^c om. AV 9 sive laudem] WV om. A 13 aliquis] A aliquid (!) WV | est] WA^cV om. A 15 dupliciter] WA^cV om. A 16 intentio] WV om. A | esse] AV omne scilicet W 18 intelligendi] WV intellectus A 19 conceptum] W^cAV^c om. WV | etiam] WA et V om. V^c 24 intellectus] V om. WA | sicut] WA sic V 25 dicit] WA dicitur V | terminum] WA om. V 26 ipsam] WAV ipsamet (pro ipsammet?) V^c

17 Sciendum est ergo quod, quando dicitur ‘intentio prima’ et ‘secunda’
 prout dicitur quod nomina primae impositionis significant primam in-
 tentionem (ut ‘homo’, ‘bos’ et consimilia) et nomina secundae imposi-
 tionis secundam intentionem (sicut ‘universale’, ‘genus’, ‘species’ et con-
 5 similia), prima et secunda intentio non accipitur ex parte intelligentis,
 quia tunc prima intentio esset sola species intelligibilis (quod falsum
 est, ut statim patebit),¹ sed accipitur ex parte rei intellectae. Et accipi-
 tur secundum duplex genus intelligibilium ad quod terminatur actus
 intelligendi. Nam quaedam sunt quae conveniunt rebus intelligibilibus
 10 (non ex operatione intellectus speculativi) prout | scilicet sunt obiective A 1^{va}
 in intellectu, immo circumscripto tali esse obiective (modo quo infra
 exponetur)² conveniunt rebus sive affirmative | (ut ‘homo’, ‘bos’, ‘album’, V 1^{va}
 ‘nigrum’ et consimilia) sive privative (ut ‘caecum’, ‘surdum’ et consimilia).
 Et ista pertinent ad primam intentionem materialiter, ut dictum est,³ quia
 15 prima intentio concretive et materialiter dicit illud quod intelligitur. Alia
 sunt quae conveniunt rebus secundum quod sunt obiective in intellectu
 (sicut ‘esse abstractum’ et ‘universale’ et consimilia); et ista pertinent ad
 secundam intentionem, et de his magis infra patebit.⁴

18 Ulterius sciendum quod intentio quae se tenet ex parte intelligentis,
 20 non distinguitur contra esse reale simpliciter, immo sunt res verae,
 scilicet species ⟨vel⟩ actus intelligendi. Intentio etiam prima quae se tenet
 ex parte rei intellectae quantum ad illud quod concretive et materialiter
 dicit, non distinguitur contra esse reale, quia illud quod intelligitur
 (quantum ad primum genus intelligibilium saltem) quandoque res vera
 25 est extra animam (ut homo, albedo, nigredo | et consimilia). Sed illud W 1^{vb}
 quod formaliter importatur per primam intentionem, scilicet habitudo
 rei intellectae ad actum intelligendi, est mere ens rationis distinctum
 contra esse reale, quia talis habitudo est relatio rationis. Illud etiam quod
 importatur per secundam intentionem tam formaliter (scilicet praedicta
 30 habitudo ad actum intelligendi) quam materialiter (illa scilicet quae

1 est] WV om. A | dicitur] WV dicatur A quod add. V 2 dicitur] WA om. V
 3–4 impositionis] WAV significant add. A 6 sola] WV om. A 10 operatione] WV
 opere A 11 in intellectu] WA intellectum V | obiective] WV obiectivo A | infra]
 WV om. A 21 vel] suppl. om. WAV | etiam] WA et V 25 homo] W om. AV
 26 importatur] WV imponitur A 27 mere] WA merum V 29 tam] WA tamen V
 30 illa] WV om. A

1 Dist. I, 28–31.

2 E.g. Dist. I, § 68, § 106.

3 Dist. I, § 16.

4 E.g. Dist. I, § 23, § 106; Dist. II.

intelliguntur secundo, ut universalitas, esse abstractum et consimilia), dicitur ens tantum secundum rationem distinctum contra esse reale. Et hoc supponatur adnunc, quia infra probabitur.⁵

(De secunda distinctione)

19 Secunda distinctio est de hoc quod dico 'intentionale', quod descendit 5
ab hoc nomine 'intentio'. Nam esse intentionale potest accipi essentialiter
et denominative. Unde sicut albedo dicit esse quale essentialiter, sed cor-
pus album dicitur habere esse quale denominative, ita etiam illud quod
est intentio per essentiam, dicitur habere esse intentionale essentialiter.
Sed illud cuius est, dicitur intentio habere esse intentionale denomina- 10
tive. Et sic accipiendo intentiones quae sunt ex parte intelligentis (spe-
cies et actus intelligendi et forma exemplaris), habent essentialiter esse
intentionale, quia sunt intentiones rerum; illa autem quorum sunt illae
intentiones, dicuntur habere esse intentionale denominative.

20 Notandum tamen quod talis intentio potest esse alicuius dupliciter. 15
Uno modo ut subiecti; et talia non consueverunt denominari intentio-
nalia a talibus intentionibus; non enim dicitur quod intellectus habeat
esse intentionale, licet in eo sit species vel actus intelligendi. Alio modo
tales intentiones sunt alicuius ut repraesentati; et talia denominantur
intentionalia a talibus intentionibus. Unde dicimus quod res intellecta 20
(puta substantia vel quantitas) est intentionaliter in intellectu, et hoc quia
talia, unde intentiones sunt, magis important habitudinem ad repraesentatum
quam ad subiectum. Ex parte autem rei intellectae habitudo ad
intellectum dicit esse intentionale essentialiter, eo modo quo 'essentiale'
convenit talibus quae non dicunt formaliter rem aliquam. Nam | et in 25
privationibus dicimus quod caecitas est essentialiter privatio, sed oculus
est privatus et habet esse privatum denominative.

1 esse abstractum] W abstractio A ab abstractio V 2 ens] WAV vel esse add. A 5 ad
secunda etc.] secunda add. A^m 6 intentio] W quod est intentio AV 7 denominative]
WAV sicut habere esse quale convenit essentialiter et denominative add. AV | unde] W^c
nam WV om. A 8 album] A om. WV | habere] WV om. A | etiam] W^c om. WAV
9 dicitur] WA debet V 10 illud] WA^cV om. A | dicitur ... intentionale] W^c om. WV
intentio habere esse intentionale A 12 exemplaris] W^cA existens WV 19 tales
intentiones] WV om. A 20 intentionalia] WA esse intentionalia V 21 quantitas]
WV qualitas A | hoc] WAV est add. A 24 esse] WAV ad add. A exp. A^c | eo] WV om.
A 25 et] WV etiam A 27 esse] WA^cV om. A

5 Dist. II, e.g. §§ 13–14, 27.

⟨De tertia distinctione⟩

21 Tertia distinctio quam praemitto est de esse in intellectu, quae necessaria est valde ad notitiam eorum quae dicuntur de primis et secundis intentionibus. Sciendum ergo quod aliquid dicitur dupliciter esse in intellectu, scilicet subiective et obiective. Subiective dicitur esse in intellectu illud quod est in eo | sicut in subiecto; et isto modo | species, actus intelligendi et habitus scientiae dicuntur esse in intellectu.

V 1^{vb}
W 2^{ra}

22 Alio modo dicitur aliquid esse in intellectu obiective. Et hoc dicitur uno modo sicut illud quod directe est obiectum cognitum ab intellectu; et isto modo omne illud quod est cognitum ab intellectu quantumcumque sit extra intellectum subiective loquendo, est in intellectu obiective. Et sic quando intellectus intelligit bovem vel equum vel quodcumque aliud, dicitur bos vel equus esse obiective in intellectu vel quodcumque aliud quod intelligitur; sicut etiam quando aliquis habet ante conspectum suum totam unam domum ut visam, dicitur quod talis habet in conspectu suo domum totam.

23 Alio modo dicitur aliquid esse obiective in intellectu quia scilicet consequitur rem prout est obiective in intellectu, sicut esse abstractum a Sorte et Platone consequitur hominem prout est obiective in intellectu. Separatio enim hominis sive abstractio a Sorte et Platone et sic de aliis, non convenit homini prout est in aliquo subiective, quia constat quod homo non est in intellectu sicut in subiecto. Unde non convenit hominem esse sicut subiective in intellectu sine Sorte, nec convenit esse hominem in re extra et naturam humanam sine Sorte et Platone et consimilibus singularibus, sed hoc ei convenit prout est obiective in intellectu, quia scilicet homo est in conspectu intellectus sicut obiectum cognitum non cognito Sorte vel Platone et sic de aliis; sicut etiam in visu

2 in intellectu] *WA om. V* 4 dicitur] *WAV^c om. V* 5 esse] *WV om. A* 6 isto] *WV hoc A* 10 et ... intellectu] *WA om. V* | illud] *W om. A* 11 intellectum] *WA intellectus V* 12 quodcumque] *W^cAV quod W* 13–14 quodcumque aliud quod] *WV aliud quodcumque A* 14 etiam] *W om. AV* | quando] *WA^cV om. A* | aliquis] *AV aliquid W* 18 est] *WV habet esse A* 19 a ... Platone] *W^cV om. W* a sorte et a platone *A* 20–21 a ... aliis] *WV ab his scilicet sorte et platone A* 22 non²] *WAV^c om. V* 23 hominem ... Sorte] *W^c hominem esse sicut subiective in intellectu W* ei habere esse sorte subiective accipiendo *A* ei habere esse sine sorte subiective accipiendo *A^c esse sine sorte in V* ei habere esse sine sorte in intellectu *V^c* 23–24 convenit ... sine] *W* etiam in re extra est homo vel natura sine *A* prout est in re extra homo vel natura humana subiective sicut *V* 27 vel] *WAV^c et V* | etiam] *WAV^c om. V*

est obiective albedo lactis sine dulcedine, quia constat quod albedo non est in visu sicut in subiecto, nec est in lacte in quo est sicut in subiecto. Unde albedo lactis in nullo est sicut in subiecto sine dulcedine, sed aliquando est obiective in visu sine dulcedine inquantum albedo lactis est obiectum visus, non visa dulcedine.

5

⟨*Responsio*⟩

24 His praemissis facile est respondere ad quaestionem quia haec duo quaeruntur: Utrum species intelligibilis sit intentio et, si sic, utrum sit prima intentio. Quantum ad primum dicendum quod, si ponatur in intellectu aliqua species praeter actum intelligendi quae sit similitudo rei apud intellectum ducens in eius cognitionem, si accipiat intentio prout se tenet ex parte intelligentis, planum est quod species est intentio sic dicta, quia, sicut dictum est in prima distinctione ubi distinctum est de intentione,⁶ intentio ex parte intelligentis dicitur similitudo rei ducens in eius cognitionem. Species autem, secundum illos qui ponunt species, est huiusmodi. Ergo *etc.* Quantum autem ad secundum, utrum sit prima, satis patet quod sic accipiendo intentionem modo praedicto, scilicet ex parte intelligentis, quia primum repraesentativum rei quantum ad ea quae sunt | apud intellectum, est ipsa species.

W 2^{rb}

25 Sed hoc parum facit ad propositum, quia quando quaeritur de intentione prima prout hic quaeritur, prout scilicet logica utitur intentione prima, non accipitur intentio prout se tenet ex parte intellectus ut accidens | ei inhaerens, sed prout se tenet ex parte obiecti modo quo expositum est, et sic iam dicitur.⁷ Si autem accipiat intentio ex parte rei intellectae sicut supra in distinguendo de intentione dictum est, intentio prima potest accipi formaliter et in abstracto; et sic dicit ipsam habitudinem rei intellectae ad actum intelligendi, prout scilicet terminat tendentiam intellectus in rem intellectam, quae tendentia non est aliud quam

A 2^{ra}

1 dulcedine] WV eius dulcedine A 2 lacto] WAV sine dulcedine *add.* WV
4 aliquando] WV bene A 5 visus] WA visum (!) V 7 haec] W hic AV 16 autem]
WV *om.* A | utrum] WV scilicet utrum A 17 satis] WV *om.* A | quod] WA quia V
18 primum] WV prima (?) A | ad ea] WAV^c *om.* V 21 prima] WAV et secunda *add.* V
22 prima] WAV et secunda *add.* V | prout ... intellectus] WA *om.* V 24 sic] W sicut
V *om.* A 25 sicut ... est] WV secundum quod est expositum A 27–28 tendentiam]
WV ipsam tendentiam A

6 *Dist.* 1, § 14.

7 Cf. § 26sqq.

actus intelligendi. Prout vero accipitur in concreto, sic est | illud quod V 2^{ra}
intelligitur cui talis habitudo attribuitur.

26 Accipiendo ergo formaliter primam intentionem, scilicet pro prae-
dicta habitudine, planum est quod species non est prima intentio. Et
5 hoc patet duplici ratione. Primo ex eius esse, quia: Illud quod vere est
ens rationis distinctum contra esse reale, non est illud quod est vera res
verum esse reale habens. Sed habitudo praedicta est vere ens rationis;
species autem est verum ens reale. Ergo *etc.* Maior de se est manifesta.
Minor etiam quantum ad utramque partem faciliter patet. Nam secun-
10 dum omnes habitudo rei intellectae ad intellectum est relatio rationis
tantum; et sic patet prima pars. Alia pars etiam faciliter patet ex dictis,
quia species habet causam effectivam realem et est quidam effectus realis,
et causa actus realis (secundum eos qui ponunt species) facit etiam com-
positionem realem cum intellectu possibili; alioquin vel esset vel realiter
15 non differret ab intellectu possibili; quorum utrumque est absurdum.
Quod enim est aliquid vel res aliqua et inest alicui rei differenti a se et
praecipue re absoluta, facit necessario compositionem cum eo.

27 Secundo idem patet ex ordine dictae habitudinis ad actum intelli-
gendi. Et est talis quia: Illud quod est posterius actu intelligendi, non
20 est illud quod est prius actu intelligendi. Sed species est prior actu intel-
ligendi, cum sit eius principium elicitivum (secundum illos qui ponunt
species); illa autem habitudo terminans tendentiam actus intelligendi est
posterior, sicut relatio unius extremi est posterior fundamento relationis
alterius extremi (sive sit relatio rationis sive rei); actus autem intelligendi
25 est fundamentum relationis intellectus ad rem intellectam actu. Ergo *etc.*

28 Si autem accipiaturs prima intentio quantum ad illud quod dicit mate-
rialiter et concrete, scilicet illud in quod tendit intellectus, illud scilicet
quod intelligitur, et sic | accipiendo dupliciter potest intelligi speciem W 2^{va}
intelligibilem esse primam intentionem. Uno modo quod sicut aliae res
30 intelligibiles sunt primae intentiones, ita species sit quaedam intentio

4 prima intentio] WV^c om. AV 5 primo] WA prima V | vere] WV mere A 7 vere]
WV mere A 11 tantum] AV exp. W 13 eos qui ponunt] W^cV^c eos cum lacuna
W ponentes A eos qui cum lacuna V | facit] WAV et add. A 15 differret] WV differt
A | utrumque] WA utrumlibet V | absurdum] WAV ab intentione praedicta add. W^c
16 quod] WA aliud V aliquod V^c | aliquid vel res] WV res A 19 talis] WV ratio
talis A 19–20 non est] A vero (!) W non V 21 cum ... principium] WA^cV om.
A 23 relationis] W^c om. WAV 24 sive²] WAV sit add. A 27–28 intellectus ...
accipiendo] WV et quod intelligit intellectus A

prima, sicut bos vel leo vel aliquid aliud consimile; et sic species intelligibilis potest esse prima intentio sicut et aliae res intellectae. Alio modo potest intelligi hoc cum exclusione, ut scilicet sola species intelligibilis dicatur esse prima intentio. Et hoc est impossibile.

29 Et hoc patet triplici ratione. Ratio prima sumitur ex ratione primae intentionis supra posita,⁸ quia, sicut supra dictum est, illud intelligibile sive intellectum actu quod convenit rebus circumscriptis illis quae eis conveniunt ex operatione intellectus speculativi prout sunt obiective in intellectu, pertinet ad primam intentionem concretive et materialiter acceptam. Sed multa sunt talia praeter species intelligibiles, sicut sunt res omnium generum. Ergo non soli speciei intelligibili | convenit esse primam intentionem. Maior patet ex praemissis. Minor etiam satis patet de se, quia constat quod res omnium generum sunt intelligibiles, et tales res in sua ratione non includunt formaliter esse obiective in suo intellectu.

30 Secunda ratio sumitur ex diversitate nominum primae impositionis quia: Illa quae significantur nomine primae impositionis, sunt primae intentiones, accipiendo primas intentiones in concreto. Sed non solae species intelligibiles significantur nominibus primae impositionis, ut de se patet, immo res omnium generum. Ergo *etc.*

31 Tertia ratio sumitur ex habitudine secundae intentionis ad primam, accipiendo intentiones secundas prout | dicimus secundas intentiones universale, abstractum, genus, speciem et consimilia. Et est talis quia: Primae intentiones concretive sumptae sunt fundamenta secundarum intentionum. Sed non solae species sunt fundamenta secundarum intentionum. Ergo *etc.* Maior patet, quia secundae intentiones dicuntur ex habitudine ad primas sicut ad sua fundamenta. Minor etiam faciliter probatur quia: Illae intentiones quae inveniuntur in omnibus generibus, vel sunt res omnium generum vel habent pro fundamento res omnium gene-

1 vel] WV om. A | aliud consimile] WV tale A 2 sicut et] W sic A sicut V 5 et hoc] WV quod A | ratio] W om. AV 7 actu] WA actum (!) V 9 pertinet] A pertinent WV 12 praemissis] WV primis A | satis] WV om. A 13 de se] WV om. A 13-14 et tales res] WV et A 14 formaliter] A om. WV | in suo] WV om. A 17 illa quae] WV que A 18 in concreto] WV materialiter et concretive A 19-20 ut de se patet] WV om. A 21 ratio] WV om. A 23 speciem] A species WV 24 sumptae] WV dicte A 25 fundamenta] WA fundamentum V 28-29 vel ... generum] WAV^c om. V

8 Dist. 1, § 17.

rum. Sed secundae intentiones (puta universale, genus, species et consimilia) inveniuntur in omnibus generibus, ut de se patet. Ergo vel sunt res omnium generum vel habent eas pro fundamento. Sed non dicunt res omnium generum; alioquin substantia, quantitas, qualitas et sic de
 5 aliis essent secundae intentiones. Ergo sequitur quod fundentur super res omnium generum. Sed non solae species sunt res | omnium generum. W₂^{vb}
 Ergo non solae species sunt fundamenta secundarum intentionum; et sic patet minor.

(Ad rationes in oppositum)

10 32 Ad rationes in oppositum faciliter potest responderi ex praemissis distinctionibus. Ad⁹ primam ergo quod species est intentio, accipiendo intentionem prout se tenet ex parte intelligentis, ut dictum est; non autem accipiendo intentionem ex parte rei intellectae, nisi dicatur quaedam
 15 liter prima intentio sicut etiam aliae res intellectae. Non enim est ita universaliter prima intentio sic quod omnis intentio prima ex parte rei intellectae sit species. Ad¹⁰ primam probationem primae partis minoris patet ex dictis quia non concludit quod species sit intentio nisi ex parte intelligentis.

33 Ad¹¹ secundam dicendum quod intentiones in medio vel organo vel intellectu non sunt contrariae etiam in suo esse reali, licet illa quorum
 20 species sunt, sint quandoque contraria. Unde species albi et species nigri non sunt contraria, licet album et nigrum sint contraria, quia non semper oportet quod contrariorum sint contrarii effectus nisi quando agunt actione univoca. Modo actione univoca non fit intentio a re cuius est. Sed
 25 verum est quod album et nigrum, quae sunt contraria, non possunt esse realiter sicut in subiecto in eodem, sunt tamen in eodem intentionaliter,

2 ut ... patet] WV om. A 4 substantia] WAV et add. A 4-5 qualitas ... aliis] WV om. A 6-7 res² ... fundamenta] AV^c fundamenta WV 7 ergo] WV sed A 7-8 et sic patet] V^c et patet WV que fuit A 10-11 ex praemissis distinctionibus] WV om. A 11 primam] primum A .i. WV | ergo] WV in oppositum dicendum A 12 ut dictum est] WV om. A 13 accipiendo intentionem] WV om. A 14 etiam] W et AV | enim] WV autem A 16 primam] A om. WV | minoris] maioris AV minoris maioris W 16-17 ex dictis] WV om. A 17 quia] WV quod A | intentio] WV secunda intentio A 18 secundam] .ii. WV 2^m A | intentiones] WAV quae sunt add. A | organo] WV in organo A 19 etiam] WA om. V 20 species³] WV om. A 21 contraria¹] WV contrarie A | semper] WA om. V 25 sunt] AV om. W

9 Cf. § 3.

10 Cf. §§ 4-6.

11 Cf. § 5.

non quia ipsa sint intentiones existentes in eodem, sed quia eorum intentiones sunt in eodem. Nam sicut patuit in tertia distinctione,¹² aliquid dicitur habere esse intentionale non quia ipsum sit intentio, sed quia eius est aliqua intentio, et ibi dicitur esse intentionaliter ubi est eius intentio quae in eius cognitionem ducit.

5

34 Ad illud quod inducitur ad probandum aliam¹³ partem minoris, dicendum quod ante intentionem quae est species, non est alia intentio prior ex parte intelligentis. | Ideo loquendo de intentionibus quae sunt ex parte intelligentis, est prima intentio, sed non est illa prima intentio de qua hic loquimur, quae scilicet sumitur ex parte rei intellectae secundum quod dicimus quod nomina primae impositionis significant primas intentiones et nomina secundae impositionis secundas intentiones.

10

35 Ad secundum principale¹⁴ dicendum quod si ponatur species in intellectu, reducetur ad genus habitus sive dispositionis, ita quod species sit habitus disponens potentiam in ordine ad simplicem apprehensionem, sicut scientia disponit in ordine ad cognitionem discursivam.

15

36 Rationes factae ad oppositam partem¹⁵ non concludunt quod species non sit intentio prout intentio se tenet ex parte intelligentis, | quia talis intentio non distinguitur generaliter contra esse reale, licet non sit res cuius est intentio. Et hoc ostensum est supra.

20

⟨QUAESTIO SECUNDA⟩

⟨*Utrum prima intentio sit tantum actus intelligendi*⟩

37 Ad secundum sic proceditur. Et arguitur quod prima intentio sit tantum actus intelligendi | quia: Illud quod est immediatum fundamentum

W 3^{ra}

1 non] WAV tamen *add.* A | ipsa] WV ipse A 3 sit] A est WV 6 minoris] WAV vel maioris *add.* A 8–9 ideo ... prima intentio¹] AV et prima intentio *exp.* W est prima intentio W^c 11 significant] WA dicunt V 15 ordine] AV ordinem W 16 scientia] WAV^c sententia V | disponit] WV dispositiva A est dispositiva A^c | ordine] A ordinem WV 19 generaliter] WV *om.* A | res] W^cAV *om.* W

12 Cf. § 23.

13 Cf. § 7.

14 Cf. § 9.

15 Cf. §§ 10–12.

secundae intentionis, est prima intentio; sed actus intelligendi est huiusmodi (et hoc patet ex praecedenti quaestione), et terminus actus intelligendi. Ergo *etc.* Maior patet ex praecedenti quaestione.¹⁶

38 Minorem probo quattuor rationibus. Primo sic quia: Istae secundae intentiones (puta universale, genus et consimilia) aut fundantur in rebus immediate secundum suum esse reale, aut mediante actu intelligendi. Primo modo non potest esse, quia tunc esse universale et esse separatum a particulari conveniret rebus scilicet secundum suum esse extra, et sic darentur universalia realiter sicut Plato posuit. Sed hoc est impossibile et reprobatur a Philosopho. Ergo *etc.* Relinquitur ergo quod praedictae secundae intentiones fundentur in rebus mediante actu intelligendi, et quod per consequens actus intelligendi sit immediatum fundamentum earum. Et sic patet dicta minor.

39 Secundo sic quia: Aut praedictae intentiones fundantur in solis rebus secundum suum esse reale, aut in solo actu intelligendi, aut in aggregato ex utroque. Primo modo non potest esse, quia tunc oporteret ponere universalia realiter separata, ut dictum est. Si secundo modo, habetur propositum. Si tertio modo, tunc arguo quia: Nullum compositum habens partes realiter differentes potest esse aequae immediate et formaliter ratio alicuius passionis vel praedicati per illas duas partes si sint partes diversarum rationum; quia quae sunt diversarum rationum, sunt diversorum generum inter se, et per consequens in comparatione ad tertium. Sed totum aggregatum ex re intellecta et actu intelligendi est diversa realiter et diversarum rationum, quia res intellecta et actus intelligendi sunt diversarum rationum. Ergo illud aggregatum non potest esse immediatum fundamentum secundarum intentionum per utrumque istorum. Oportet ergo quod res vel actus intelligendi sit immediatum

1-2 sed ... quaestione] *W^c* sed actus intelligendi est huiusmodi et terminus actus intelligendi ergo *etc.* maior patet ex precedenti questione *W* hec patet ex precedenti questione sed actus intelligendi est huiusmodi ergo *etc.* *A* sed actus intelligendi est huiusmodi item habitus actus intelligendi ergo *etc.* maior patet ex precedenti questione *V* sed actus intelligendi est huiusmodi item ergo *etc.* maior patet ex precedenti questione *V^c* 4 minorem probo] *WV* minor probatur *A* 7 separatum] *WAV* universale *add.* *WV* 8 scilicet] *W om.* *AV* | suum] *WA om.* *V* 10 reprobatur] *WV* improbatum *A* 12 quod] *W om.* *AV* 15 reale] *WAV* quod non potest esse quia tunc universalia essent realiter separata *A* | intelligendi] *WAV* et habetur propositum *add.* *A* 16 primo modo] *WV* et si sic *A* 20 ratio] *WA* fundamentum(?) *A^c* causa *V* 22 generum] graduum *WAV* 23 est] habent *WV* sunt *A*

16 *Dist.* 1, § 31.

fundamentum. Sed res secundum se, ut saepe dictum est, non potest esse immediatum fundamentum (earum), quia oporteret dare universaliter separata. Relinquitur ergo quod actus intelligendi sit immediatum fundamentum.

40 Tertio sic quia: Sicut ex dictis satis conclusum est, oportet quod secundae intentiones conveniant rebus prout habent esse intellectum. Sed esse intellectum non convenit rebus nisi tantum per actum intelligendi; unumquodque enim denominatur esse intellectum ab actu intelligendi. Ergo *etc.*

41 Quarto sic quia: Illud habet pro immediato fundamento actum intelligendi quod convenit rebus per operationem intellectus, quia operatio intellectus est actus intelligendi. Sed secundae intentiones conveniunt rebus per operationem intellectus, quia secundum | Commentatorem¹⁷ intellectus est qui facit universalitatem in rebus. Ergo actus intelligendi est immediatum fundamentum secundarum intentionum. Et sic idem quod prius.

42 Principaliter arguitur secundo sic quia: Formaliter loquendo intentio quaecumque videtur dicere | tendentiam intellectus in rem intellectam. Sed tendentia intellectus in rem intellectam est actus intelligendi. Ergo omnis intentio, quaecumque sit illa, est quidam actus intelligendi.

43 In contrarium arguitur dupliciter. Primo sic quia: Illud est prima intentio quod est fundamentum secundae; et haec plana est. Sed esse fundamentum secundarum intentionum convenit rebus omnium generum. | Ergo res omnium generum sunt primae intentiones. Non ergo soli actui intelligendi convenit esse primam intentionem. Secundo sic quia: Nomina primae impositionis significant primas intentiones. Sed nomina primae impositionis non significant solum actum intelligendi. Ergo esse primam intentionem non convenit soli actui intelligendi.

1 fundamentum] WAV secundarum intentionum *add.* A | saepe] WV *om.* A 2–3 immediatum ... separata] WV *om.* A 2 earum] *suppl. om.* WAV 3–4 actus ... fundamentum] WV hoc sit actus intelligendi A 5 sicut ex dictis satis est conclusum] WV ut patet A 6–7 sed esse intellectum] WA^cV *om.* A 7 tantum] WV *om.* A 15–16 et sic idem quod prius] WV *om.* A 17 arguitur] WV *om.* A 19 tendentia ... intellectum] WV hec tendentia A 22 et ... est] WV hoc est planum A 26–27 significant ... impositionis] WV *om.* A

17 Cf. Averroës, *Comm. magnum in Aristotelis de anima libros*, 12^{25–26}.

44 Respondeo. De ista quaestione inuenio duas opiniones, quarum neutra videtur mihi vera.

⟨Solutio⟩

⟨De prima opinione⟩

5 45 Prima est quod prima intentio est illud quod intelligitur, ita quod esse primam intentionem nihil addit vel secundum rem vel secundum rationem super illud quod intelligitur. Sed actus intelligendi dicitur secunda intentio ita quod quando intelligitur homo vel animal, animal quod intelligitur est prima intentio, sed actus intelligendi quo intelligitur est
10 secunda intentio. Hoc autem mihi non videtur verum, quia, data aliqua re intellecta (puta homo vel animal), quando dicitur quod animal est prima intentio, quaero utrum sit praedicatio per se aut per accidens. Si per accidens, ergo aliquid includitur in ratione praedicati quod non includitur in ratione subiecti; et per consequens prima intentio aliquid
15 addit re vel ratione differens ab animali et a quocumque alio consimili. Si per se, aut in primo modo dicendi per se aut in aliis modis dicendi per se. Non in primo modo dicendi per se, quia tunc in ratione animalis includeretur esse primam intentionem, quod manifeste est falsum. Si autem est in aliis modis dicendi per se, sequitur quod praedicatum includit ali-
20 quid diversum a subiecto sicut passio vel quaecumque proprietas cuius causa includitur in praedicato, differt a subiecto cuius est passio.

46 Relinquitur ergo quod hoc quod est esse primam intentionem includat in sua ratione aliquid diversum re, vel saltem ratione a rebus intellectis.

25 47 Quodsi dicatur quod, licet esse primam intentionem dicat aliquid diversum ab homine vel animali et quacumque alia re, non tamen dicit

5 *ad prima etc.] opinio add. A^mV^m 6–7 rationem] WV intentionem A 8 animal^{2]} W^cV om. W illud A 10 intentio] WV om. A | autem] WV om. A 11 homo vel animal] WV homine vel animali A 15 re] WV vel re A | et ... alio] WA et per consequens prima intentio aliquid addit re vel ratione differens ab animali vel V | a] W om. A 16 in^{1]} W om. AV | dicendi per se^{1]} WV quod non potest A 18 manifeste] WV om. A 19 est] WV om. A | dicendi] WV om. A 20–21 diversum ... est] W diversum sicut passio vel proprietas quaecumque cuius causa includitur in subiecto quod a subiecto differt cuius est A diversum a subiecto sicut passio vel quaecumque proprietas cuius causa includitur in predicato differt a subiecto causa est V 22–23 includat] AV includit W 25 quodsi dicatur] W si dicas A et si dicatur V 26 et] WAV a *add. A**

aliquid diversum ab hoc toto quod est animal intellectum vel res intellecta: non valet, quia tunc secunda intentio et prima non differrent ut res
 W 3^{va} et ut actus intelligendi, ita quod res ipsa esset | prima intentio et actus
 intelligendi secunda. Immo prima intentio esset illud quod concretive
 denominatur ab actu intelligendi et ut denominatur, scilicet ut intellec- 5
 tum, et actus intelligendi in abstracto esset secunda intentio.

48 Quod est inconveniens; primo contra eos qui ponunt quod prima
 intentio sit res ipsa et secunda actus intelligendi, quod non esset verum,
 si ipsum intellectum ut intellectum esset prima intentio. Secundo esset
 inconveniens secundum naturam rei. Nam posterius poneretur primum 10
 et primum poneretur secundum, quia actus intelligendi absolute et se-
 cundum se est prior seipso prout denominat rem intellectam esse intel-
 lectam. Utrum autem actus intelligendi sit intentio secunda, patebit
 infra.¹⁸

⟨De quadam alia opinione⟩¹⁹

15

49 Alia est opinio quae ponit quod prima intentio est primus actus
 intelligendi, secunda est secundus actus intelligendi, et hoc in abstracto;
 in concreto autem est res intellecta.

50 Ad cuius evidentiam sciendum quod secundum eos duplex est cogni-
 tio rei. Una absoluta, qua scilicet res absolute et secundum proprium 20
 modum essendi cognoscitur, sicut est cognoscere hominem secundum
 quod ratiocinans vel secundum quod sentiens. Et ista est prima. Alia est
 cognitio rei respectiva, qua scilicet aliquid cognoscitur ut in pluribus; et
 A 3^{ra} ista est secunda et ista praesupponit | primam, sicut cognitio respectiva
 praesupponit absolutam. Et dicunt quod prima intentio in abstracto est 25
 V 3^{ra} prima | cognitio, in concreto autem est ipsa res intellecta prima cogni-
 tione. Secunda autem intentio in abstracto est secunda intellectio sicut
 cognitio, sed secunda intentio in concreto est ipsa res intellecta secunda

1 aliquid] WV aliquod A | diversum] WAV re add. A 4 intentio] WV om. A
 11 primum] WV prius A 12 prout] WV ut A 13–14 patebit infra] WV in
 fine patebit A 16 est opinio quae] opinio que WV opinio A 18 est] WA om. V
 19 evidentiam] WAV est add. A 20 scilicet] WV om. A 21 sicut est] WV ut A
 23 scilicet] WV om. A 24 ista²] WV om. A 26 ipsa] WV om. A 27–28 abstracto
 ... cognitio] W abstracto est secunda cognitio A concreto est ipsa res intellecta secunda
 intellectione V

18 Dist. 11, §§ 19–28.

19 This doctrine strongly resembles that of Radulphus Brito. See the Introduction, 32 ff.

intellectione, ita quod intentio in abstracto et in concreto differunt sicut intelligere et intellectum sive res intellecta. Et dicunt quod secunda intentio fundatur supra primam intentionem non in abstracto acceptam (quia duo actus intelligendi non possunt esse simul in eodem intellectu), sed in concreto. Nam secunda intellectio quae est secunda intentio in abstracto, non fundatur supra primam intellectionem, quae non manet cum ea, sed supra rem prima intellectione cognitam.

51 Ex his respondent ad rationes in oppositum. Nam ad primum dicunt quod secundae intentiones fundantur supra primam in concreto acceptam, scilicet supra rem intellectam; res autem intellecta invenitur in omni genere entium, licet ipse actus intelligendi non sit in omni genere. Cum hoc ergo quod actus intelligendi sit prima intentio in abstracto, stat quod secunda fundetur | in rebus omnium generum, quia fundatur supra primam intentionem in concreto acceptam, quae est ipsa res intellecta. W₃^{vb}
15 Ad secundum possunt respondere per idem, ut videtur, nam nomina primae impositionis significant primas intentiones in concreto, et istae sunt res intellectae, non ipsum actum intelligendi. Res autem intellectae sunt homo, bos, substantia, quantitas, et sic de aliis rebus in quocumque genere entium contentis.

20

(De reprobatione istius opinionis:
1. De intentione secunda in concreto)

52 Ista autem non videntur mihi sufficienter dicta. Et primo intendo ostendere quod non accipitur sufficienter secunda intentio in concreto. Secundo quod non accipitur convenienter prima intentio, nec secunda in abstracto. Tertio quod non convenienter fundant secundam intentionem super primam.
25

53 Primum ostendo sic: Dicunt enim quod secunda intentio in concreto est res intellecta ut in pluribus. Et dicunt quod cognitio rei ut sic est cognitio respectiva. Tunc quaero de isto respectu sive habitudine rei ad

2 intellectum sive] WV om. A | secunda] AV^c prima WV 3 primam] AV^c secundam WV 4 simul] AV simili W 6 ea] AV eo W 8 nam] WV om. A 9 intentiones] WV om. A | primam] WAV intentionem add. A 10 rem] W^cAV om. W 11–12 cum ... quod!] W et ideo cum A et ideo cum hoc quod V 13 secunda] WAV intentio add. A | quia] WA quod V 14 ipsa] WV om. A 15 secundum] WA secundam V 17 ipsum actum] WV ipse actus A 22 ad ista etc.] opinio ? add. A^m reprobatio add. V^m 23 secunda] W om. AV 24 nec] WA si V 29 cognitio] WV om. A

illa plura in quibus est, utrum sit relatio realis vel rationis. Si est relatio realis, tunc quaecumque relatio realis est intentio secunda in concreto et eius cognitio est secunda intentio in abstracto. Et sic intelligere patrem in eo quod pater, et dominum in eo quod dominus, pertinet ad secundam intentionem. Quod est absurdum, scilicet quod res secundum suum esse reale quod sibi in rerum natura convenit, sit secunda intentio vel concrete vel abstracte, quia sequeretur quod scientiae reales considerantes de quocumque respectu reali considerarent de secundis intentionibus; quod est falsum. Si autem ista habitudo sit relatio rationis, arguo contra hoc quia: Sicut ad secundam intentionem pertinet res intellecta in habitu-
dine ad plura in quibus sit sive res intellecta ut in pluribus, ita ad secundam intentionem pertinet res abstracta; et multa alia quae possent adduci. Ergo res intellecta ut in pluribus non debet accipi ut illud quod solum et praecise est secunda intentio in concreto.

⟨2. De intentione prima vel secunda in abstracto⟩

54 Secundo ostendo quod intentio prima vel secunda in abstracto non bene accipitur. Et hoc ostendo dupliciter quia: Dicunt quod, quia cognitio rei respectiva est posterior cognitione eius absoluta, ideo cognitio prima dicitur prima intentio in abstracto et secunda cognitio secunda intentio absoluta. Contra hoc arguo sic quia: Si ad primam et secundam | intentionem in abstracto sufficeret quod sint duae cognitiones per ordinem se habentes quarum una sit prima et alia secunda, | sequeretur quod in cognitione rerum quantum ad suum esse reale sit prima intentio et secunda, sicut cognoscere | calidum in eo quod calidum, et cognoscere ipsum in eo quod calefactivum. Hoc autem est falsum, quia cognitio calidi in eo quod calidum et calefactivi in eo quod calefactivum non pertinet ad secundam intentionem, sed tantum ad primam, quia utrumque istorum duorum intelligibilium pertinet ad primam inten-

1 utrum] AV^c om. WV 4 dominus] A dominum WV 4-5 secundam intentionem] WV secundas intentiones A 5 scilicet quod res] AV quae scilicet res W 6 sit] WV non sit A 6-7 vel ... abstracte] WV vel in abstracto vel in concreto vel concrete vel abstracte A 7 sequeretur] WV sequitur A | quod] WAV quaecumque add. A 8 reali] WV rei A 9-10 arguo contra hoc] WV contra A 17 ostendo] WV ostenditur A | quia!] WA om. V 18 absoluta] AV om. W 19 in abstracto] WV om. A | cognitio] WAV dicitur add. A 20 absoluta] WV om. A | hoc] WA quod V | arguo] WV arguitur A | ad] WAV^c om. V 21 intentionem] WA om. V | sufficeret] WV sufficit A 22-23 sequeretur] WV sequitur A 24 et²] W est A om. V 25 hoc autem] WV quod A 26 calefactivi] WV calefactivum V 28 utrumque] WA^c V utrum A | duorum] W om. A diversorum V

tionem et neutrum ad secundam intentionem, prout hic loquimur de secundis intentionibus.

55 Secundo arguo ad idem sic quia: Secunda intentio debet fundari super primam. Sed si actus primus est prima intentio et secundus secunda, non potest hoc salvari. Ergo *etc.* Probatio minoris quia sicut ipsi dicunt, actus secundus non potest fundari super primum, quia simul non manent.

56 Ad hoc autem ipsi dicunt quod secunda intentio in abstracto, idest secundus actus intelligendi, fundatur super primam intentionem, non tamen est in abstracto acceptam sed in concreto, idest super rem primo actu intellectam. Sed hoc non videtur sufficere. Primo quia: Sicut generaliter secunda intentio habet fundari super primam, ita, ut videtur, concreta debent fundari super concretam et abstracta super abstractam, quia secundum viam istorum, ut statim patebit, non datur super quod intentio secunda fundetur in concreto accepta. Secundo quia: Actus intelligendi non habent nisi duplex fundamentum, scilicet subiectum in quo est et obiectum de quo est. Sed secundus actus non habet obiectum primi actus, scilicet rem intellectam, pro subiecto, ut de se patet, quia ipse intellectus possibilis est eius subiectum; nec habet ipsam rem huius actus pro obiecto, quia tunc haberet duo obiecta formalia, et simul ut in pluribus, et res secundum se et absolute accepta esset obiectum illius secundi actus. Quod omnino est inconveniens. Ideo *etc.* Tertio quia sequeretur quod, si res primo intellecta esset fundamentum secundi actus per modum obiecti, aut ipsa secundum se accepta esset obiectum secundae intellectionis, aut ut intellecta. Sed neutrum potest dari secundum istos, quia obiectum secundi actus non est ipsa res secundum se accepta nec ipsa ut absolute intellecta, sed intellecta ut in pluribus. Non est autem idem aliquid intelligi ut in pluribus et intelligi quomodo prius absolute fuerit intellectum.

1 intentionem] WV om. A 3 arguo] WV om. A 4 secunda] WAV intentio add. V
 5 ergo ... quia] WV om. A 8 non] W^cAV om. W 9 tamen] AV ut W | acceptam]
 WA accepta V 11-12 ita ... super¹] WAV^c om. V 13 ut statim patebit] V om. A ut
 statim ut statim patebit (!) W 14 fundetur] WV fundatur A 15 nisi] W^cAV om.
 W 16 secundus] W^cAV^c primus WV 17 de se] WV om. A 18 ipsam ... actus]
 W^c ipsam WV ipsum A 19 simul] WAV sic A^c 21 ideo] WV ergo A 22 si] WV
 om. A 25 secundum] WA per V 26 intellecta¹] WA^cV om. A | sed] WAV ut add.
 AV | non] WAV tantum non A^c 27 et] WAV item add. V

⟨3. De fundamento secundae intentionis⟩

57 Tertio ostendo quod non convenienter assignant fundamentum secundae intentionis. Nam cum dicant quod secunda intentio in abstracto est secundus actus intelligendi, in concreto autem est res intellecta ut in pluribus, illa habitudo quam importat li ‘ut in pluribus’ est formale 5 in obiecto secundae intellectionis, et huius habitudinis non datur fundamentum. Nec ostenditur utrum res secundum suum | esse reale sit *W 4^{tb}* eius fundamentum vel secundum esse quod habet in anima. Et si hoc sit secundum esse quod habet in anima, non ostenditur quomodo fit hoc.

Unde praedicta positio non videtur sufficiens. Et ideo aliter videtur esse 10 dicendum.

⟨De vera opinione:
1. De intentione ipsa⟩

58 Ad cuius evidentiam notandum quod cum dicitur ‘prima vel secunda intentio’, duo importantur, scilicet ipsa intentio et eius ordo. Unde primo 15 videndum est de ipsa intentione et postea de ordine. Quantum autem ad ipsam intentionem sciendum quod, sicut supra dictum est,²⁰ intentio prout pertinet ad intellectum potest accipi vel ex parte intelligentis vel ex parte rei intellectae. Ex parte intelligentis, ut supra dictum est, dicitur intentio vel species (si ponatur species) vel actus intelligendi vel 20 quodcumque se habens per modum repraesentationis ad ducendum in cognitionem | rei. Ex parte autem rei intellectae non potest accipi | nisi ipsa res quae intelligitur et quae est formale obiectum intellectus et eius habitudo ad actum intelligendi. Modo, sicut supra probatum est,²¹ ipsa res intellecta secundum se accepta et praecise (puta homo vel lapis) 25 nihil plus includendo non est intentio prima vel secunda, quia tunc

3 cum dicant] WV credunt A 5 li] WV om. A 8 quod] WA quia V 14 ad ad etc.] opinio vera add. A^m nota diligenter add. V^m | notandum] WV sciendum A 15 scilicet] WA vel V 16 est] WA om. V | ordine] WV eius ordine A | autem] WV om. A 17 sicut] AV om. W 19 ex²] AV et ex W | ut ... est] WV om. A 20 species] WV om. A 21 representationis] AV repraesentativi W 22 autem] WA om. V 23 ipsa] WV om. A 24 supra] WA om. V

20 Cf. *Dist.* 1, §§ 15–18.

21 Cf. *Dist.* 1, §§ 45–48.

sequeretur quod in ratione hominis vel lapidis includeretur hoc quod est esse intentionem. Quod falsum est.

59 Et ideo oportet quod supra rem quae intelligitur, esse intentionem addat vel habitudinem rei intellectae ad actum intelligendi prout ipsum terminat, vel dicat ipsum actum intelligendi vel eius habitudinem ad rem intellectam. Quorum primum videtur mihi probabilius, scilicet quod intentionalitas quam obiectum quod intelligitur (praeter rem quae intelligitur) importat quando dicitur prima intentio vel secunda, sit habitudo rei intellectae ad intellectum sive actum intelligendi.

60 Et hoc videtur posse ostendi dupliciter. Primo quia: Sicut statim dicitur, omne illud quod dicit rem veram in natura rerum existentem, est prima intentio concretive dicta. Sed praedicta intentionalitas non potest esse prima intentio concretive, quia illa intentionalitas est prima intentio in abstracto dicta, et est praeter rationem cuiuscumque entis in rerum natura existentis. Sed actus intelligendi secundum se et eius habitudo ad rem intellectam est ens reale, quia scientia et actus intelligendi referuntur realiter ad intelligibile. Ergo praedicta intentionalitas non est ipse actus intelligendi nec eius habitudo ad intelligibile. Relinquitur ergo quod sit habitudo ipsius rei intellectae ad actum intelligendi, quae est relatio secundum rationem tantum et dicit tantum ens secundum rationem.

61 Secundo potest ostendi idem | ex habitudine secundae intentionis ad primam quia: Secunda intentio praesupponit primam intentionem ut in qua fundatur quantum ad totum quod prima intentio includit. Sed secunda intentio non potest fundari nisi in re intellecta prout est obiective in intellectu. Ergo intentionalitas qua prima intentio dicitur 'intentio', super rem quae intelligitur non addit nisi ipsam esse obiective in intellectu. Hoc autem est ipsam habere relationem ad actum intelligendi. Ergo *etc.*

62 Probo primo maiorem quia: Istae secundae intentiones concretive dictae, scilicet universale, abstractum et consimilia, aut fundantur super

1 includeretur] WA^cV includens A | hoc quod est] WV om. A 4 addat] AV addit W 5 terminat] WV determinat A | dicat] AV dicit W 7-8 praeter ... intelligitur] WV om. A 9 sive] WAV ad add. A 10-11 sicut statim dicitur] WV om. A 11 omne] AV esse W 14 entis] A entitatis WV 18 relinquitur] AV requiritur W | ergo] WA om. V 19 ipsius] WV om. A 22 intentio] WAV concretive dicta add. A 23 intentio] WV om. A 26 in] WV om. A 27 relationem] WV rationem A 29 primo] WV om. A | secundae] WV om. A 30 aut] WAV^c ut V | fundantur] AV fundatur W

naturas rerum secundum se acceptarum, aut prout ultra hoc includunt ipsam intentionalitatem. Non primo modo propter duo. Primum est quia sequeretur quod istae secundae intentiones fundarentur et consequerentur res in suo esse reali circumscripto quocumque opere intellectus, sicut esse calidum consequitur ignem et esse humidum consequitur aquam. 5 Quod est inconveniens. Secundum est quia, si intentio secunda concrete dicta consequeretur primam intentionem prout est quaedam res (puta homo vel lapis) et non prout est intentio, non posset dici intentio secunda, quia, licet posset dici esse quoddam posterius et quoddam secundum, non tamen secunda intentio, quia sicut generaliter non posset dici 'secundum' nisi in ordine ad primum, ita nec potest dici 'secunda intentio' nisi in ordine ad primam intentionem ut intentio est. Maior plana est, quod secunda intentio fundatur super primam intentionem ut includit rationem intentionis.

V 3^{vb} 63 Minorem faciliter ostendo. Accipiamus | enim universale abstractum 15 quod dicunt secundas intentiones. Istae ergo intentiones aut fundantur super actum intelligendi ut est quoddam accidens reale ipsius intelligentis, aut super ipsum actum ut est repraesentativum rei intellectae, aut super rem intellectam secundum suam entitatem realem quam habet in rerum natura. Non primo modo, nec ultimo, quia non fundantur super 20 entitatem realem quam habent res in rerum natura. Nam et actus intelligendi est quaedam realis natura accidentalis ipsius intelligentis, | et res intellecta et quaedam natura quantum ad illud quod est; et hoc quando rerum naturae intelliguntur. Secundo etiam modo non potest esse, scilicet quod universale fundetur super actum intelligendi ut est repraesentativum alicuius communis, quia universale quod est secunda intentio, 25 de qua hic loquimur, est universale non per repraesentationem, quia tale universale est quidam actus vel quaedam species singularis. Relinquitur ergo tertius modus, scilicet quod praedicta intentio universalitatis fun-

2 primum est] WV primo A 4 quocumque] WV omni A 6 secundum est] WV secundo A 9 esse] WV om. A 10–11 posset] WV potest A 11 nec] WV non A 12 primam] WV priorem A 12–14 maior ... intentionis] W ergo maior est plana A maior ergo plana est quod secunda intentio fundatur super primam intentionem prout includit rationem intentionis V 15 faciliter] WV sic A | accipiamus] W accipiat A accipimus V 16 quod] A que WV | istae intentiones] WV hec A 17 accidens] A actus WV 18 super ipsum actum] WV om. A | repraesentativum] WA representativus V | rei] WAV ipsius rei A 20–21 non¹ ... natura] AV^c om. WV 22 accidentalis] A actualis W om. V | res] WA^c V om. A 23 et¹] WV om. A etiam add. V 26 communis] WAV rei intellecte add. V 28 singularis] WV scilicet singularis A

detur super rem intellectam prout est obiective in intellectu. Homo enim est universale per praedicationem, puta homo indeterminate | intellectus qui obicitur intellectui praeter Sortem, Platonem et praeter ea quibus Sortes et Plato ut sic distinguuntur. *W₄^{vb}*

- 5 **64** Sic ergo videtur mihi quod, cum intentio possit accipi concretive et in abstracto, intentio concretive dicta, tam prima quam secunda, est illud quod intelligitur sive sit ens reale sive ens intentionale. Sed intentio in abstracto accepta, ipsa scilicet intentionalitas, dicit habitudinem rei intellectae ad actum intelligendi ut ipsum terminat; et est habitudo rationis et
10 ens tantum secundum rationem. Et quia talis habitudo non potest accipi nisi in habitudine ad actum intelligendi, ideo forte dicunt alii quod actus intelligendi quo aliquid intelligitur, est ipsa intentionalitas, non prout denominat intelligibilitatem, sed prout secundum ipsam denominatur res intellecta, ita scilicet quod 'rem esse intellectam' est 'ipsam esse intentionem' et in idem redit cum isto dicto. Nam res non denominaretur
15 intellecta nisi aliquam habitudinem haberet ad actum intelligendi.

(2. *De eius ordine intentionis*)

- 65** Quantum autem ad ordinem quo dicitur prima et secunda intentio: Quantum ad illos qui ponunt quod prima intentio est res intellecta et
20 secunda est actus intelligendi, facile esset dicere quia tunc diceretur quod in quolibet actu intelligendi res intellecta esset prima intentio et actus intelligendi secunda. Sed quia ista opinio non videtur mihi vera, ut supra ostensum est,²² ideo non credo quod prima et secunda intentio sint accipiendae secundum illam opinionem.
- 25 **66** Et ideo aliter est dicendum quod, cum ita sit quod intentio tam prima quam secunda in abstracto, scilicet ipsa intentionalitas, sit ipsa habitudo rei ad actum intelligendi, haec autem habitudo plurificatur plurificatis

1 in] *AV om. W* | homo] *WV hoc A* 3 intellectui] *WV om. A* | et] *AV om. W*
4 ut sic] *WV om. A* 5 cum] *WV om. A* 7 reale ... intentionale] *WV rationis A*
8 accepta] *WV om. A* | ipsa] *WV om. A* | scilicet] *WA^cV om. A* 9–11 ut ... intelligendi] *WV om. A* 11 ideo] *WAV aliquid intelligitur del. W* | alii] *WV aliqui A*
13 intelligibilitatem] *A intelligentem WV* 13–14 denominatur ... ipsam] *AV denotatur ipsam W*
14 rem esse] *AV^c rem eam WV* 15 in] *WA^cV om. A*
19 quantum ad] *WV secundum A* | et] *WV om. A* 20 quia] *W quod AV* 22 ista] *WV hec A*
24 sint] *WA sunt V* 25 ad et etc.] opinio vera *add. V^m* | est] *AV om. W*
| ita sit quod] *WV om. A*

22 Cf. *Dist. 1*, §§ 45–48.

actibus intelligendi, diversitas autem formalis actuum intelligendi est accipienda penes distinctionem formalem obiectorum intelligibilium, ideo oportet quod ista distinctio accipiat et etiam ipse ordo secundum distinctionem et ordinem rerum intelligibilium in habitudine ad intellectum; et ista, scilicet ipsa intelligibilia, sunt ipsae intentiones concretive acceptae. 5

67 Ista distinctio intelligibilium vel est ex natura rei, vel ex parte intellectus nostri. Est ex parte rei quando scilicet ex natura rei cognitio unius
V 4^{ra} praesupponit | cognitionem alterius, sicut cognitio qua cognoscitur aliquid fuisse cognitum praesupponit cognitionem qua illud fuit cognitum. 10
 Ex parte autem intellectus nostri, hoc contingit quando scilicet illud quod, quantum est de se, posset cognosci non praesupposita cognitione
W 5^{ra} alterius, tamen non potest a nobis cognosci nisi | praecognito quodam altero, sicut non possumus cognoscere motorem caeli nisi praecognito motu caeli. Et hoc provenit ex parte nostra, quia non possumus intelligere nisi sensibilia et illa quae ex sensibilibus concluduntur. Ex natura autem rei non est ita, quia ab intellectu cuius cognitio non dependet a sensibilibus, motor caeli posset cognosci non praesupposita cognitione motus. Et ideo quod motus sit prius notus ipso motore, non provenit ex natura rei sed ex parte intellectus nostri. Et ideo dicitur prius notus 20 quoad nos, non simpliciter.

68 Duplex ergo genus intelligibilium secundum quod dicitur prima
A 4^{ra} intentio et secunda: Accipitur secundum esse reale | et esse rationis. Et accipitur secundum esse reale, sive affirmative sive negative, omne illud quod rebus convenit in sua realitate vel vera vel ficta, circumscripto opere intellectus, sic scilicet quod in sua ratione non includit habitudinem ad intellectum nec aliquem modum convenientem rebus <ut sunt obiective 25

3 ideo] WV et ideo A | ipse] WV *om.* A 4 in] WAV^c et V 5 ista, scilicet] WV *om.* A | intelligibilia] WAV concretive accepta *add.* A 7 ista] WAV autem *add.* A | rei] WAV quando scilicet esse natura rei cognitio unius praesupponit cognitionem alterius sicut cognitio qua aliud cognoscitur fuisse cognitum *add.* A 7-10 vel² ... fuit cognitum] WV *om.* A 8 est] WV autem *add.* V 9-10 aliquid] W aliud V 11 ex ... scilicet] WV vel est ex parte intellectus nostri quod convenit quando illud A 12 praesupposita] WV supposita A 13 tamen] A^cV^c *om.* WAV | quodam] WAV *add.* A 14 non] AV^c *om.* WV 16 concluduntur] WA cognoscuntur V 18 sensibilibus] AV sensibus W 19 notus] A notum W cognitus V 20 notus] V notum WA 22 ergo] WV est A | dicitur] WV accipitur A 23 accipitur] WAV enim *add.* A 24 secundum] W *om.* AV | omne illud] W esse illud V pro omni eo A 26 in] WAV^c *om.* V | includit] AV includunt W 27-137.2 ut ... rebus] *suppl. om.* WAV

in intellectu. Accipitur autem secundum esse rationis esse illud quod
convenit rebus)²³ ut sunt obiective in intellectu.

69 Causa autem huius distinctionis in primam et secundam intentionem
secundum esse rei et esse rationis est secundum quosdam quia ordo
5 secundum prius et posterius notum non invenitur ex natura rei nisi inter
esse rationis et esse rei, quia, ut dicunt, omnia quae se tenent ex parte
esse realis, sunt, quantum est de se, aequae primo nota; et similiter omnia
quae pertinent ad esse rationis sive ad esse obiective in intellectu, sunt
aequae primo nota, quantum est de se. Sed comparando esse obiective in
10 intellectu ad esse rei ex natura rei, prius esse est primo notum. Secundo
quia: Intelligere rem habere habitudinem aliquam ad actum intelligendi
praesupponit actum intelligendi ad quem res illa prius intellecta habuit
habitudinem.

70 Licet autem quantum ad istud ultimum (scilicet quod inter esse rei et
15 esse rationis est ordo ex natura rei secundum prius et posterius notum)
dicant isti verum, tamen quantum ad alia duo non videtur mihi quod
dicant verum. Nam ex parte rerum invenitur aliquid prius notum altero.
Unde prius notus est habitus privatione, quorum utrumque pertinet ad
primum genus intelligibilium, et forte absolutum est prius notum relato.
20 Ex parte autem rationis prius notum est genus et species simpliciter quam
genus generalissimum et species specialissima; et ista etiam sunt prius
nota quam genus subalternum vel species subalterna.

71 Et ideo videtur mihi aliter esse dicendum, scilicet quod comparatio
inter secundam et primam intentionem non dicit primitatem unius rei
25 numero vel unius speciei ad aliam, sed unius | generis sive modi generalis *W 5^{rb}*
essendi ad alium modum. Ut si dicatur quod, cum sint duo modi essendi
generales, scilicet secundum rem et secundum rationem, primus modus

2 in] *AV om. W* 3 causa] *WA esse V* 4 rei] *WA rerum V* | quosdam] *W^cAV*
scilicet qui dicunt *add. A^c quidam W* | quia] *W quod A om. V* quia ordo *W om. V*
5 secundum] *WAV^c nihil V* 7 nota] *AV mota W* 9 est de se] *WV de se patet*
A | in] WV om. A 10 prius] *WV primum A* | est primo] *W est prius A sit primo V*
12 praesupponit] *WAV cum rasura duum litterarum A* 14 scilicet quod] *W quod A*
scilicet *V | inter] WV in A* 16 alia] *WV illa A* 17 rerum] *WAV subiectum add. V^c*
18 notus] *A notum WV* 19 est] *WAV^c et V* 20 autem] *A et W etiam V* | rationis]
WV esse rationis A 23 mihi] *WV om. A* 25 modi] *WA^cV modus A* 26 essendi¹]
WA^cV esse A | si] WV om. A

23 It was L.M. de Rijk who drew my attention to this haplography, which occurs in all
known mss. See also his *Giraldus Odonis*, vol. II, 259–260.

essendi est modus essendi vel non essendi secundum rem, secundus autem modus est modus essendi secundum rationem.

72 Et primum est primum genus intelligibile, et secundum genus est
 V 4^{rb} secundum genus intelligibile, licet sub utraque parte | inveniatur prius
 et posterius notum, sicut si diceretur quod primum genus substantiarum 5
 sunt substantiae immateriales, secundum autem sunt substantiae mate-
 riales, quamvis utrobique inveniatur prius et posterius. Quare autem
 primae duae intelligibiles accipiantur secundum ista duo esse, causa
 est quia etiam prima distinctio essendi est in esse rei et esse rationis,
 et omnes aliae divisiones cadunt sub altero istorum membrorum, prae- 10
 cipue in ordine ad intellectum cuius obiectum primum est illud quod
 praeintelligitur actu, secundum autem est illud quod convenit rei intel-
 lectae ex habitudine ad ipsum actum.

73 Sic ergo patet quod actus intelligendi non est illa intentionalitas quam
 addit intentio prima vel secunda super obiectum quod intelligitur. Et 15
 patet de ordine quem prima intentio importat respectu secundae.

⟨Ad rationes in oppositum⟩

74 Ad primum²⁴ in oppositum dicendum quod minor non habet verita-
 tem. Ad probationem dicendum quod prima probatio procedit ab insuf-
 ficienti, quia nec oportet quod secunda intentio fundetur in re secun- 20
 dum se et absolute prout habet esse in rerum natura, nec oportet quod
 fundentur in ea mediante actu intelligendi ita quod sit fundamentum
 mediatum. Sed bene requiritur actus intelligendi ut fundamentum oppo-
 sitae relationis, quia relationes cuiuslibet extremi praesupponunt funda-
 menta alterius extremi. Fundantur ergo istae secundae intentiones super 25
 rem intellectam ut habet esse obiective in intellectu, quod ei non posset

2 modus¹] WV om. A 3 primum¹] WV prius A | secundum genus est] WV
 secundus modus A 4 intelligibile] WV om. A 5-7 substantiarum
 ... materiales] WA subalternum sub substantie immateriales V substantiarum sunt
 substantie separate immateriales secundum autem substantie materiales V^c 9 etiam]
 AV et W 10 membrorum] AV modorum et W 12 actu] WAV^c actui V | est] A^c om.
 WAV 16 quem] WA quam V 23 mediatum] WA immediatum V 24 relationes]
 WA rationes V

24 Cf. §37-38.

convenire nisi poneretur | intelligere ex parte intelligentis. Et hoc magis A 4^{rb}
patebit quando quaeretur de habitudine secundae intentionis ad primam.²⁵

75 Ad secundum²⁶ est eodem modo respondendum, scilicet quod procedit ab insufficienti, quia non oportet quod fundetur super rem circumscripto actu intelligendi, nec super actum intelligendi nec super aggregatum ex re et actu intelligendi, quia est dare aliud, quod scilicet fundetur super rem ut habet esse obiective in intellectu.

76 Sed tunc videtur quaedam difficultas insurgere. Nam cum esse obiective in intellectu importet quandam habitudinem rationis ad intellectum sive ad actum intelligendi, quaeritur super quid fundamentum fundetur iste respectus, quia non super esse obiective in intellectu, quia esse obiective in intellectu est iste respectus; et | tunc idem fundaretur super se ipsum. W 5^{va}

77 Sed ad hoc dico quod 'esse obiective in intellectu' potest accipi et formaliter et in abstracto; et tunc est esse rationis tantum et habitudo rei intellectae ad actum intelligendi. Et, licet forte quaedam habitudines rationis fundentur in re mediante isto esse rationis, tamen illud esse sive habitudo rationis non fundatur in ipsa re intellecta mediante alia, quia eodem modo quaeretur de illa et sic iretur in infinitum. Alio modo dicitur esse in intellectu obiective materialiter et concretive, scilicet ipsa res vera quae intelligitur; quando scilicet intelligo lapidem, ipse lapis est obiective in intellectu. Modo dico quod illud quod est sic obiective in intellectu, idest ipsa res vera quae intelligitur, est fundamentum huius relationis rationis. Quando tu quaeris utrum ista res sit fundamentum talis rationis secundum se circumscripto actu rationis, vel mediante

1 et hoc] WV hoc enim A 2 patebit] AV om. W infra add. A 4 respondendum] WV dicendum A 5 rem] WAV intellectam add. A 7 fundetur] WV om. A 8 esse] AV omne W | in] W om. AV 11 quaeritur] WAV esse add. W tunc add. V | quid fundamentum] V quod W quo A 13 idem] WV om. A 15 sed ad] W ad A et ad V | dico] WV dicendum A 17 et] WA om. V 18 in re] WV super rem A | isto] WAV alio V^c | rationis²] WV om. A 20 iretur] W nunc A iret V 21 in] WV om. A | ipsa] WV om. A 22-23 quando ... intellectu] WV ut lapis qui obiective in intellectu A ut lapis est qui obiective in intellectu A^c 23-24 in intellectu] WV om. A 25 quando ... quaeris] WV om. A | ista res] WV om. A 26 talis rationis] W eius A talis relationis V talis relationis rationis V^c | actu] AV om. W

25 Cf. *Dist.* III, qq. 1-2 (34^b-40^b).

26 Cf. § 39.

actu rationis, dico quod nec res secundum se circumscripto omni actu
 intelligendi, nec actus intelligendi est fundamentum huius relationis
 V 4^{va} rationis, nec aggregatum ex re et actu intelligendi; sed | ipsa vera res
 quae intelligitur ut sibi correspondet actus intelligendi ut fundamentum
 oppositae relationis est fundamentum istius esse rationis. 5

78 Et huius simile possumus videre in relationibus aliis quae secundum
 aliquos sunt relationes reales. Nam dissimilitudo albi ad nigrum non
 fundatur super albedinem circumscripto nigro, quia non existente nigro
 non esset dissimilitudo in albo; nec fundatur super nigredinem, nec
 super aliud compositum ex albedine et nigredine; sed fundatur super 10
 albedinem prout ei correspondet nigredo ut fundamentum oppositae
 relationis.

79 Ad tertium²⁷ dicendum quod esse intellectum nec materialiter nec
 formaliter conveniret rebus nisi esset actus intelligendi. Tamen non
 omne ens intellectum est actus intelligendi, quia esse quod intelligitur 15
 non est actus intelligendi, quia nullus actus est principale obiectum sui.
 Nec etiam ipsa habitudo rationis rei intellectae ad actum intelligendi
 est actus intelligendi. Et ideo, dato quod tales intentiones fundentur
 super esse intellectum, non tamen sequitur quod fundentur super actum
 intelligendi, sed verum est quod fundantur super rem intellectam ut est 20
 obiective in intellectu modo praedicto, ut scilicet sibi correspondet actus
 intelligendi ut extremum oppositae relationis.

80 Ad quartum²⁸ facile est respondere ad formam secundum quam argui-
 W 5^{vb} tur quia: Illud quod fit effective per | operationem intellectus, non habet
 operationem intellectus pro fundamento quod est subiectum in quo ali- 25

1 rationis] WAV vel intellectus *add.* A | se] WAV est fundamentum talis relationis *add.*
 WV | omni] WV *om.* A 2 nec ... relationis] W^c nec fundamentum huius relationis
 W nec etiam actus intelligendi A ut actus intelligendi sic fundamentum huius relationis
 V 3 aggregatum] WAV est fundamentum talis relationis *add.* A | ex ... intelligendi]
 WV ex utroque A | ipsa vera] WV *om.* A 7 ad] WA^cV *om.* A 8 circumscripto]
 WAV omni alio *add.* A 13 intellectum] W in intellectu A intellectu V 14 actus]
 WV aliquis actus A | tamen] V cum WA 15 omne ens] V^c esse omne WA esse V
 | esse] WV omne A 16 est¹] AV^c *om.* WV | actus²] A *om.* WV | est²] WV *om.* A
 17 etiam] WA *om.* V 18 dato quod] WV licet A 19 fundentur] WA fundetur V
 20 verum est] WV *om.* A | fundantur] WV fundentur A 21 modo praedicto] WV
om. A | scilicet] WV *om.* A 22 extremum] WV fundamentum A 23 facile est
 respondere] WV dicendum A 24 quia] WV quod A 25 intellectus] WA^cV *om.* A
 25-141.1 aliquid] WA aliud V

27 Cf. § 40.

28 Cf. § 41.

quid fundatur vel secundum rem vel secundum rationem, sed habet operationem intellectus pro effectivo. Dicitur tamen intellectus facere universalitatem in rebus inquantum virtute intellectus agentis efficitur in intellectu actus intelligendi quo res apprehenditur universaliter ex quo
 5 consequitur in re intellecta modo quo expositum est, intentio universalitatis correspondens ex parte rei intellectae ipsi intellectui.

81 Ad illud quod secundo principaliter arguitur, dicendum quod intentionalitas quam importat prima vel secunda intentio ultra rem intellectam, non est | tendentia intellectus qui est actus intelligendi, sed est *A 4^{va}*
 10 habitudo ipsius rei intellectae ad istam tendentiam prout scilicet terminat ipsam, ut dictum est.²⁹

⟨QUAESTIO TERTIA⟩

⟨*Utrum nomina significantia res in particulari dicant primam intentionem*⟩

15 82 Ad tertium sic proceditur. Et arguitur quod nomina significantia res in particulari non dicant primam, immo nullam intentionem, ut ‘Sortes’, ‘Plato’ et consimilia, sed sola universalialia, ut ‘homo’, ‘lapis’ et consimilia quia: Illa quae dicunt solam veram rem in rerum natura existentem, non dicunt intentionem aliquam, quia esse intentionis distinguitur contra
 20 esse reale. Sed ‘Sortes’ et ‘Plato’ dicunt solam rem in rerum natura existentem; quicquid enim includitur in significato Sortis vel Platonis est aliquid reale. Ergo *etc.*

83 Praeterea. Omnis prima intentio est fundamentum alicuius intentionis secundae. Sed Sortes et Plato et consimilia non sunt fundamenta
 25 alicuius secundae intentionis. Ergo *etc.* Maior patet, quia prima intentio dicitur respectu secundae. Minorem probo quia: Super Sortem et Platonem non potest fundari aliqua intentio secunda nisi hoc quod dico

4 in] WA^cV om. A | apprehenditur] WA apprehenduntur V 5 consequitur] WV sequitur A | modo ... est] WV om. A 7 illud] WV aliud A | secundo arguitur] WV obicitur A 10 ipsius] WV om. A 18 solam] A solum WV 21 Sortis vel Platonis] W sortis A (?.) sortis vel platonis V 24 et consimilia] WV om. A 26 minorem probo] WV minor probatur A 26–27 et Platonem] WV om. A 27 quod] AV om. W

29 Cf. *Dist.* 1, §§ 53–64.

‘particulare’. Sed hoc non est secunda intentio. Ergo *etc.* Probo minorem huius prosillogismi quia: Particulare idem est quod unum numero. Sed esse unum numero non est secunda intentio, quia convenit rebus
 V 4^{vb} circumscripto quocumque opere intellectus. Sed secundae intentiones |
 non conveniunt rebus circumscripto opere intellectus. Ergo *etc.* 5

84 Praeterea. Sicut secunda intentio fundatur in prima, ita prima intentio fundatur necessario in aliquo, quia omnis intentio fundatur in aliquo. Prima ergo intentio aut fundatur in universali, aut in particulari. Non in universali, quia res universaliter intellectae sunt primae intentiones, ut de se patet (puta homo, lapis et consimilia). Relinquitur ergo quod primae
 10 intentiones fundentur in particularibus. Sed illud in quo fundatur prima intentio, non dicit primam intentionem, quia nihil fundatur in se ipso. Ergo *etc.*

85 In contrarium est quia: Illud quod significatur nomine primae impositionis est prima intentio. Sed nomina significantia res in particulari
 W 6^{ra} sunt huiusmodi. Ergo *etc.* Minor patet quia: Omne nomen vel est nomen |
 secundae impositionis, vel primae. Sed Sortes et Plato non sunt nomina secundae impositionis. Ergo *etc.* Maior et faciliter probatur quia: Sicut nomina secundae impositionis se habent ad secundas intentiones, ita nomina primae impositionis se habent ad primas intentiones. Sed omnia
 20 nomina secundae impositionis dicunt secundam intentionem. Ergo omnia nomina primae impositionis significant primam intentionem. Et per consequens sequitur quod illud quod significatur nomine primae impositionis, est prima intentio.

1–2 ergo ... quod] W quia esse particulare est esse A ergo etc probo minorem huius prosillogismi quia particulare ideo est quod V 4 quocumque] WV omni A 6 in prima] WV super primam WV 6–7 prima² ... necessario] WV intentio A 7 in aliquo²] WV super aliquo ut videtur A 9–10 de se] WV om. A 10 ergo] WA^cV om. A 15–16 est ... patet] W^c ergo etc minor W est prima intentio sed sortes et plato et consimilia sunt nomina prime impositionis A est prima intentio sed sortes et plato et similia sunt nomina prime impositionis ergo etc minor patet V 16 nomen²] WV om. A 17 sed] A om. WV 18 et faciliter probatur] W probatur A autem faciliter probatur V 20 se habent] WV om. A 21–22 secundae ... nomina] W om. A secunde impositionis secundas intentiones ergo omnia nomina V 22 primae] WA^cV secunde A

〈Solutio〉

86 Respondeo. Ad evidentiam istius quaestionis primo intendo dare intellectum questionis. Secundo ponam opinionem quam non credo veram. Tertio ponam illam quam credo veram.

- 5 87 Quantum ergo ad primum sciendum quod, quando quaeritur utrum sola universalia dicant primam intentionem et utrum particularia dicant aliquam intentionem, non est intentio quaestionis quod quaeratur de universali et particulari formaliter quantum ad intentionem universalitatis et particularitatis. Sed intentio quaestionis est quaerere de eis in
10 quibus ista fundantur, ut quaeratur utrum ista, scilicet homo, bos, lapis et consimilia (res scilicet ipsae quae universaliter accipiuntur, non accipiendo eas cum sua universalitate) sint primae intentiones, et sola ista, ita quod huic quod est Sortes, Plato et consimilibus non conveniat esse primam intentionem.
- 15 88 Quantum ad secundum sciendum quod quidam³⁰ dicunt quod tria sunt genera nominum. Quaedam sunt quae dicunt solam rem et nullam intentionem primam vel secundam, sicut 'Sortes' et 'Plato'; quaedam autem sunt quae dicunt primam intentionem, sicut 'homo', 'lapis', 'albedo', 'nigredo' et breviter omnia nomina quae significant res in universali,
20 quaedam autem sunt quae significant secundas intentiones, sicut 'universale', 'particulare', 'praedicatum', 'subiectum' et consimilia. Ratio autem, ut dicunt, quare res in universali dicuntur intentiones ut homo, lapis en consimilia, non autem Sortes vel Plato et consimilia, est quia universalia non habent esse in re extra sed solum habent esse in anima, quod est
25 esse intentionale; et propter hoc dicuntur intentiones. Sed particularia,

2 istius] WV om. A 2-4 primo ... quam credo veram] W eius A secundo ponam opinionem quam credo veram V 5 quantum ... primum] WV ubi A 6 et utrum] WV om. A 7 est ... quaeratur] WV queritur A 8 formaliter] WAV sed add. WV 9 intentio ... quaerere] WV om. A 10 ista¹] WV om. A | ista²] WV om. A 10-11 lapis et consimilia] WV om. A 11 ipsae] WV om. A 13 huic ... Plato] WV sorti et platonis A | conveniat] A convenit WV 15 quantum ad secundum] WV secundo ponam opinionem quam non credo esse veram ubi A 16 quaedam sunt quae] WV quorum quedam A 17 et] AV om. W 18 autem sunt quae] WV om. A 19 breviter] WV om. A | nomina] WV om. A 20 autem sunt quae] WV om. A 22-23 ut² ... consimilia¹] WV om. A 23 Sortes ... consimilia] WV^c in particulari A substantiam et plato V 24 solum habent esse] WV tantum A 25 et propter hoc] WV ideo A

30 William of Ware. See also De Rijck, *Giraldus Odonis*, vol. II, 137-138 and 261.

puta Sortes vel Plato et consimilia, habent esse in re extra; et ideo non convenit eis quod sint intentiones quaecumque.

89 Ista autem positio non videtur mihi vera. Et primo ostendo eam non esse veram. Secundo ostendam motivum non valere non esse vera.

90 Ad huius igitur evidentiam sciendum quod, sicut frequenter supra 5 dictum est, intentio potest accipi vel ex parte intelligentis vel ex parte rei intellectae. Nunc autem quando hic loquimur de intentione, loquimur prout se tenet ex | parte rei intellectae. Intentio autem prout se tenet ex
A 4^{vb} parte rei intellectae dupliciter potest accipi, ut dictum | est: Scilicet in
V 5^{ra} abstracto, ipsa scilicet intentionalitas; et in concreto, scilicet pro eo cui |
W 6^{rb} ista intentionalitas convenit. Et hoc dupliciter adhuc quia illud cui talis intentionalitas scilicet res intellecta convenit, scilicet res intellecta, potest accipi ut includit intentionalitatem istam, ut rem ipsam denominantem; vel potest accipi absolute pro eo cui ista intentionalitas convenit, non ut includit ipsam ut denominantem ipsam, ita quod ista tria se habent 15 quantum ad illud accidens rationis, sicut in accidente reali se habent albedo, album et corpus. Tunc ergo dico quod res in universali intellectae, non includendo ipsam universalitatem ut homo, bos et consimilia, non includunt illam intentionalitatem, nec sic quod sint ipsa intentiona- 20 litas nec et sic quod includant habere illam intentionalitatem. Sed dicunt rem illam cui haec intentionalitas convenit, non includendo illam convenientiam.

91 Et quantum ad hoc pari passu currit de universalibus et particularibus, primo ergo intendo ostendere quod esse intentionem primam non plus est de ratione rerum intellectarum in universali quam de ratione 25 particularium, quia illud non includitur in intellectu alicuius quod non cadit in eius definitione. Sed si definiatur homo vel lapis vel aliquid tale,

1 puta] VW ut A | vel] W et AV | et consimilia] WV om. A | in] WAV^c om. V | et²] WV om. A 3 autem] WV om. A | mihi] WV om. A 3-4 ostendo ... valere] WV ostenditur A 5 huius igitur] WV cuius A | sicut frequenter supra] WV ut A 7 quando hic loquimur] WV loquimur A 7-8 loquimur prout] WV prout A 8-9 intentio ... intellectae] WV que A 9 ut dictum est] WV om. A | scilicet] WV om. A 10 ipsa] WA ista V | scilicet] WA^cV om. A 11 illud] WV res intellecta A 11-12 talis ... intellecta¹] WV intentionalitas A 13 istam] W om. A illam V | rem] A om. VW 14-15 pro ... ipsam¹] WV om. A 17-18 intellectae] WAV ut homo etc add. A 18 ipsam ... consimilia] W^cV ipsam universalitatem ut homo bos et similia W universalitatem A 19 illam] WV om. A | nec] WA ut V | sint] AV sit W 20 nec et ... includant] WV nec includunt A | illam] W om. A ipsam V 23 currit] WV concluditur A 24 intendo ostendere] WV ostenditur A 27 vel aliquid tale] W om. A vel aliud tale V

non ponetur plus in definitione eius esse intentionem vel habere intentionalitatem plus quam poneretur in definitione Sortis, si Sortes haberet definitionem. Ergo *etc.*

92 Secundo ostendere intendo quod tantum convenit Sorti et Platoni
 5 esse intentionem primam et denominari ab illa intentionalitate, sicut homini vel cuicumque rei in universali significatae vel intellectae. Et hoc ostendo duplici ratione. Prima sumitur ex habitudine tam universalis quam particularis ad intellectum. Secunda sumitur ex habitudine primae intentionis ad secundam. Prima talis est: Illud potest denominari prima
 10 intentio ab illa intentionalitate quae convenit rebus prout terminant actum intelligendi, quod natum est terminare actum intelligendi. Et haec de se manifesta est. Sed res in particulari est nata terminare actum intelligendi et ad ipsam natus est terminari actus intelligendi, licet non ita determinate sicut ad res in universali. Ergo dici prima intentio concretive
 15 sive denominative convenit rei in particulari, sicut et rei in universali. Hoc autem sic intelligo quantum ad hoc quod tam hoc quam illud est prima intentio.

93 Et posset confirmari ratio quia: Omne illud quod pertinet ad primum
 20 genus intelligibile, pertinet ad primam intentionem concretive et fundamentaliter dictam. Sed Sortes et Plato pertinent ad primum genus intelligibile, quod est eorum quae conveniunt rebus non | prout sunt *W 6^{va}*
 obiective in intellectu. Constat autem quod Sortes et Plato, dum intelliguntur, non dicunt aliquid conveniens rebus secundum quod sunt obiective in intellectu.

1 ponetur] WA poneretur V 2 plus] WV *om.* A | poneretur] WV *om.* A 2-3 Sortes haberet definitionem] WV diffiniretur A 4 ostendere intendo] WV ostenditur A | tantum] WV tamen A | et Platoni] WA *om.* V 5 et] WV idest A | ipsa] W illa AV 6 significatae vel intellectae] W^cV significare A significante vel intellecte W 7 ostendo] WV ostenditur A | tam] WV *om.* A 8 quam] WV et A 8-9 secunda ... prima¹] WV que A 9 prima²] WV prius A 10 quae] W quod AV 11 intelligendi¹] WAV et *add.* A | quod ... intelligendi] WA *om.* V 11-12 et haec] WV hoc A 12 de se] WV *om.* A 13-14 ita determinate] WV directe A 14 in] WA *om.* V 14-15 dici ... et] W rei in particulari convenit dici prima intentio sicut A^c rei in universali A prima intentio concretive sive denominative convenit rei particulari sicut et V 16-17 hoc¹ ... intentio] WV *om.* A si autem sic intelligam quantum ad hoc quod tam hoc quam illud sit prima intentio *add.* V 18 et posset confirmari] WV confirmatur A | omne illud] WV *om.* A 20 Plato] WV huiusmodi A 21 quod] A *om.* WV ergo *etc add.* V^m | sunt] WA^cV *om.* A 22 constat ... Sortes] WV sortis autem A 22-23 dum intelliguntur] W^c intelliguntur WV *om.* A ut *add.* V 23 non] WA *om.* V | aliquid] WA aliud V 24 intellectu] WAV igitur *add.* V

94 Secunda talis est quia ratio sumitur ex habitudine primae intentionis ad secundam. Quae est talis: Illud est prima intentio quod est fundamentum secundae. Sed Sortes et Plato et consimilia sunt fundamenta alicuius secundae intentionis, scilicet particularis, quae est secunda intentio. Ergo *etc.* Maior de se patet. Minor etiam patet quantum ad hoc quod intentio particularis fundatur super res in particulari intellectae, scilicet super Sortem, Platonem, hoc album, hoc nigrum et sic de aliis. Quod autem particularitas sit secunda intentio patet etiam per istos quorum positio recitata est. | Nam dicunt quod hoc quod dico ‘particulare’, est nomen secundae intentionis. Hoc etiam de se patet, quia considerare rationem particularitatis secundum quod huiusmodi pertinet ad logicum tantum, cuius est considerare secundas intentiones. Non tamen definitio adnunc quod ad solum logicum pertineat considerare secundas intentiones.

95 Hoc etiam patet ex alio, ad cuius evidentiam sciendum quod esse unum numero convenit rebus circumscripto quocumque intellectu, et hoc convenit eis secundum reale suum esse. Sed quod hoc unum numero sit praedicabile de uno solo, vel sit pars subiectiva alicuius communis quod in talia differentia numero dividitur, non convenit rebus circumscripto actu intellectus. Nam divisio qua homo dividitur in Sortem et Platonem ut quoddam unum in multa, non est divisio quae conveniat rebus, sicut nec unum quod in ipsa dividitur est unum secundum rem. Licet enim Sortes et Plato in esse reali sint plura realiter circumscripto actu intelligendi, non tamen est | dare in rerum natura circumscripto

1 secunda talis est quia] WV secunda ratio sumitur ex habitudine primae intentionis ad secundam quae est talis A 3 secundae] WAV hoc patet *add.* A | et consimilia] WV *om.* A 4–10 quae ... intentionis] W quod patet quia intentio particularis fundatur super res in particulari intellectas [ut *add.* A^c] super sortem et platonem et hoc album et hoc nigrum et sic de aliis particularitas est etiam secunda intentio secundum etiam istorum opinionem nam particulare est nomen secunde intentionis secundum eos A intentionis quod est secunda intentio ergo *etc.* maior de se patet minor etiam quantum ad hoc quod intentio particularis fundatur super res in particulari intellectas scilicet supra sortem platonem hoc album hoc nigrum et sic de aliis quod autem particularitas sit secunda intentio patet etiam per istos quorum positio recitata est [V 5^{rb}] nam dicunt quod hoc dato est particulare est nomen secunde intentionis V 10 hoc] W quod AV 11–12 logicum] WV logicam A 12 cuius] WA eius V 13 definitio ... logicum] WV definitio quoad nunc utrum ad solam logicam A 15 etiam] AV *om.* W | evidentiam] WAV est *add.* A 18 communis] WA^cV quamvis A 19 convenit] WA^cV quamvis A 21 conveniat] WV convenit A 22 secundum] WA secundum secundum (!) V 23 reali sint] A reali sicut W realem sicut V

opere intellectus aliquod unum quod dividatur in ipsa. Particulare autem tale praedicabile de uno et talem partem subiectivam dicit.

- 96 Motivum etiam eorum nullum est. Nam licet universalia quantum ad suam universalitatem quae est secunda intentio non sic sint in rebus
 5 extra, tamen res quae universaliter intelligitur vel significatur, puta homo vel bos, est res extra animam existens. Alioquin nulla scientia esset de rebus habentibus esse reale extra animam. Licet enim ‘homo’ vel ‘bos’ significet indeterminate et in universali, non tamen significat ipsam indeterminationem vel universalitatem.
- 10 97 Et ideo aliter videtur esse dicendum quando quaeritur utrum res in particulari, puta Sortes vel Plato, dicant primam intentionem; quod, accipiendo intentionem ex parte rei intellectae modo quo dictum est, si accipiat intentionem in abstracto (ipsa scilicet intentionalitas), | sic nec
 15 homo nec Sortes dicunt primam intentionem; si autem accipiat in concreto, includendo ipsam intentionem ut denominative, sic adhuc homo vel Sortes non significant primam intentionem, sicut nec corpus significat esse album. Si autem accipiat prima intentio pro eo quod ab illa intentionalitate denominatur, sic tam homo quam Sortes dicunt primam intentionem, quia nata sunt habere illam habitudinem terminandi actum
 20 intellectus. Unde sicut corpus est album, non tamen includit esse album, quia est praedicatio accidentalis, ita res quae intelliguntur denominantur ab illa intentionalitate, non tamen in suo intellectu includunt sic denominari, quia est praedicatio accidentalis, quando scilicet dicitur quod homo vel Sortes est prima intentio. Et ista patent ex reprobatione primae opi-
 25 nionis.

1 quod] WA^cV om. A 2 et talem] WV om. A 3 motivum ... est] W secundo ostenditur motivum eorum non valere A motivum eorum nullum est V 4 sic sint] A sit WV 5 significatur] WA significantur V | puta] WV om. A 6 est res] WV existit A | animam] WA nam V | existens] WV om. A | scientia] WAV^c om. V 6–7 de rebus] WA substantia de rebus V 7 vel bos] WV om. A 10 quando] WV cum A 10–11 res ... puta] WV om. A 11 Plato] WAV et cetera in particularia significata add. A 12 quo dictum est] WV dicto A 13 accipiat] WV accipitur A 14 intentionem] WA^cV om. A 15 ut denominative] WV denotantem A 15–16 sic ... significant] WV nec sic significat A 16 intentionem] WAV ex parte rei intellecte modo dicto si accipiat intentionem in abstracto scilicet ipsa intentionalitas sic nec homo nec sortes dicunt primam intentionem si autem accipiat in concreto includendo ipsam intentionem denotantem sic nec significat primam intentionem add. A 17 intentio ... illa] WA^cV om. A 18 tam ... Sortes] WV om. A 21 accidentalis] WA actualis V 22 intellectu] WV esse A | includunt] A includit WV 23 accidentalis] A actualis WV | scilicet dicitur quod] WV om. A 24 Sortes] WV plato dicitur | est] WV esse A | prima] WV secunda A | et ista] WV que A

(Ad rationes in oppositum)

98 Ad³¹ primum ergo in oppositum dicendum quod illa quae dicunt veram rem in rerum natura existentem, non dicunt ipsam intentiona-
litate nec includunt in suo intellectu denominari ab illa, sicut nec cor-
pus includit esse album; res tamen existens vere in rerum natura, potest 5
denominari ab illa intentione sicut illud in quo fundatur. Nunc autem
quando quaerimus utrum Sortes vel Plato dicant primam intentionem,
accipiendo non pro intentionalitate vel prout includit denominari ab ea,
sed pro eo quod potest praedicatione accidentali denominari ab ea. Et
V 5^{ra} ideo intentio prima, prout | dicimus quod 'homo vel Sortes dicit inten- 10
tionem primam' vel 'est intentio prima', potest convenire rei existenti in
rerum natura.

99 Ad secundum³² dicendum quod minor est falsa, probatio autem
non valet. Nam particulare, ut dictum est, non solum dicit esse unum
numero, sed etiam esse praedicabile de uno solo et esse partem subiecti- 15
vam speciei, quae ad secundam intentionem pertinent, sicut infra magis
patebit.

100 Ad tertium³³ dicendum quod omnis intentio quantum ad ipsam
intentionalitate fundatur in aliquo, et illud in quo fundatur (sicut supra
dictum fuit) quantum ad primam intentionalitatem, est res ipsa prout 20
ei correspondet actus intelligendi ut fundamentum oppositae relationis.
Sed illud quod dicitur intentio concretive, in quo scilicet ista intentiona-
litas fundatur et quod ab ea denominatur, non habet necessario fundari
in alio; alioquin iret in infinitum. Quando ergo dicitur quod homo est
W 7^{ra} prima intentio, | verum est concretive accepta quae est ipsa res quam 25
homo significat ut denominatur ab illa intentionalitate, nec fundatur in

2 ergo] WV om. A 3 ipsam] WV om. A 5 rerum] WV om. A 6 illud] WV om. A
7 quaerimus] W queritur AV | Sortes ... dicant] WV sortes dicat A 8 accipiendo ...
includit] A accipimus primam intentionem pro ipsa intentionalitate vel pro includere W
pro ipsa intentionalitate vel pro includere V 9 accidentali] A actuali WV | ea] WA
eo V 10 prout dicimus quod] WV cum dicitur A 10-11 dicit ... vel] WV om.
A 13 probatio] AV prolatio (!) W 14 ut dictum est] WV om. A | dicit] AV dat
W 16-17 sicut ... patebit] W om. AV 19-20 sicut ... fuit] W om. A sicut supra
dictum est vel fuit V 22 sed] WA vel V 23 non] WA ut non V 24 alio] WAV quo
add. A 25 verum ... accepta] A intentio concretive sit abstracta WV 26 illa] WAV
prima add. A | nec] WA non V

31 Cf. §82.

32 Cf. §83.

33 Cf. §84.

alio. Et ideo non oportet quod fundetur in particulari sicut intentio fundatur in re, sed ipsa est fundamentum intentionalitatis. Et similiter est de Sorte respectu intentionalitatis sibi convenientis.

⟨QUAESTIO QUARTA⟩

5 ⟨*Utrum privationes pertineant ad primas intentiones*⟩

101 Ad quartum sic proceditur. Et arguitur quod privationes (puta caecitas, surditas et consimilia) non pertineant ad primas intentiones, sed tantum entia positiva quia: Omne quod est, aut dicit esse secundum animam tantum, aut esse extra in rerum natura. Sed illud quod dicit
10 esse secundum animam tantum, pertinet ad secundas intentiones. Ergo tantum esse extra animam pertinet ad primas intentiones. Sed esse extra animam dicit esse vel actum positivum. Ergo tantum positiva pertinent ad primam intentionem. Non ergo privatio.

102 Praeterea. Quando dicitur ‘homo est | caecus,’ aut ‘esse’ dicit ibi esse A 5^{rb}
15 secundum animam tantum sive compositionem tantum praedicati et subiecti, aut dicit actum essendi extra. Non potest dicere actum essendi extra, quia non est positivum. Ergo relinquitur quod dicit esse secundum animam tantum. Et sic idem quod prius.

103 Praeterea. Communiter doctores tenent quod privationes et negationes non dicunt aliquod ens extra animam. Ergo relinquitur quod dicunt
20 ens secundum animam tantum. Et sic idem quod prius.

104 In contrarium est quia: Illud pertinet ad primam intentionem quod convenit rebus circumscripto actu intelligendi sive circumscripto opere intellectus. Sed ‘aliquem esse caecum’ vel ‘lapidem non esse hominem’
25 convenit rebus, non ex opere intellectus, immo circumscripto opere

1 alio] WV aliquo A 2 similiter] WV sic A 7 caecitas] WAV et add. A | primas intentiones] WV primam intentionem A 9 illud] WAV om. A 10–11 ergo ... sed esse] AV^c ergo tantum esse W sed esse V 12 esse vel] A om. WV | tantum] A solum WV 14 dicitur] AV dicunt W 15 tantum²] WV om. A 16 extra] WAV^c quod est rationem add. V | non] WA^cV om. A 17 extra] WAV vel extra add. V^c | non] A^cV om. WA | relinquitur quod] WV om. A 18 et sic] WV ergo A 19 tenent] WV dicunt A 20 relinquitur ... dicunt] WV om. A 22 est] WA non est V 23–24 actu ... intellectus] W omni actu intelligendi vel opere intellectus A actu intelligendi V 24 aliquem] WV aliquid A 25 circumscripto opere] WV a omni eius operatione A

intellectus. Ergo *etc.* Maior patet ex supradictis. Minor autem de se patet quia ei qui caret visu, convenit esse caecum circumscripto quocumque opere intellectus.

⟨Solutio⟩

105 Respondeo. Ad evidentiam huius quaestionis sciendum quod, sicut 5
supra frequenter dictum est, hic accipitur intentio secundum quod se
tenet ex parte rei intellectae. Intentio autem sic dicta dupliciter potest
accipi, scilicet vel in abstracto, ipsa scilicet intentionalitas, et haec est
quaedam habitudo rei intellectae ad actum intelligendi, ut saepe dic-
tum est, sive sit in prima intentione sive in secunda. Vel potest accipi 10
pro eo quod a tali intentionalitate potest denominari, illud scilicet quod
intelligitur. Modo si accipiatur intentio primo modo pro ipsa habitu-
dine ad actum intelligendi sive pro ipsa intentionalitate, satis | patet quod
V 5^{vb} 'esse caecum' vel 'esse non-hominem' non dicit intentionem vel primam
vel secundam. Et hoc patet dupliciter. Primo quia esse intentionem vel 15
W 7^{tb} intentionalitatem non | includitur in ratione istorum. Quia si definiretur
'caecus', non poneretur intentio in definitione eius, sicut nec albedo in
definitione corporis; quod tamen oporteret fieri si caecitas esset inten-
tionalitas illa formaliter et per essentiam. Secundo quia, ut de se patet,
'esse caecum' vel 'non esse hominem' non dicit aliquam habitudinem rei 20
vel rationis, illa autem intentionalitas dicit quandam habitudinem ratio-
nis. Ideo *etc.* Si autem accipiatur intentio secundo modo, pro eo scilicet
quod a tali intentionalitate denominatur, scilicet pro eo quod intelligitur,
sic dico quod privationes vel negationes quae dicunt privationes rerum
vel negationes rerum secundum esse reale, sicut 'caecitas' et 'non-homo' 25
et consimilia, pertinent ad primas intentiones, non quidem positive sed
negative.

1-3 maior ... intellectus] WV om. A 5 huius] WV istius A | quaestionis] WAV est
add. A 5-6 sicut ... est] WV om. A 6 secundum quod] WV prout A 7-8 intentio
... scilicet¹] WV que potest accipi A 8 ipsa scilicet] WV idest ipsa A 8-9 et haec
est quaedam] WV que est A 9-10 ut ... est] WV om. A 10 sit] WV om. A | potest
accipi] WV om. A 11 illud scilicet] WV om. A sive pro eo A^c 12-13 modo¹ ...
satis] WV primo modo accipiendo A 14 esse non hominem] WV non esse hominem
A 14-15 vel² ... secundam] WV primam nec A 15 et hoc] WV hoc A | primo]
WAV modo add. V | vel²] WAV esse add. A 18 fieri] WV om. A 19 ut ... patet]
WV om. A 20 non¹] WVA^c om. A 21 illa autem] WV sed A 22 Ideo] WV
ergo A | scilicet] WV om. A 23 denominatur] W potest denominari A denotatur V
24 dico quod] WV om. A | vel] WV et A | quae dicunt privationes] WV om. A

- 106 Et hoc potest patere ex his quae dicta sunt. Supra enim dictum est quod prima et secunda intentio prout accipiuntur pro eis quae intelliguntur, distinguuntur secundum duplex genus intelligibile. Quorum unum dicit hoc quod convenit rebus circumscripto opere intellectus
 5 (sicut esse hominem vel lapidem et sic de consimilibus), sive affirmative sive negative accipiat. Aliud vero genus intelligibile est quod dicit esse rationis; et hoc est esse illud quod convenit rebus prout sunt obiective in intellectu (sicut esse abstractum vel universale), sive affirmative sive negative accipiat.
- 10 107 Sed tunc videtur quaedam difficultas insurgere quia: Si omnia illa quae conveniunt rebus prout sunt obiective in intellectu, pertinent ad secundam intentionem, cum omnis intentionalitas in abstracto accepta sit quoddam ens rationis conveniens rebus prout sunt obiective in intellectu, sequitur quod omnis intentio in abstracto, scilicet omnis intentionalitas, sit intentio secunda; et sic intentio prima erit secunda. Ad
 15 istud autem patebit quando tractabitur de secunda intentione. Ibi³⁴ enim ostendetur quod illud quod respectu primi generis intelligibile est prima intentionalitas in abstracto, potest esse secunda intentio concrete accepta. Nec plus dicetur modo de hoc, sed usque tunc differatur.³⁵
- 20 108 His ergo praemissis facile est ostendere quod ‘caecitas’, ‘non-homo’ et aliae privationes vel negationes rerum habentium esse reale in rerum natura pertinent ad primam intentionem, accipiendo primam intentionem pro eo quod intelligitur et quod ab intentionalitate denominatur.
- 25 109 Et hoc adiunctum probo duplici ratione. | Prima sumitur ex ratione *W 7^{vi}* primae intentionis sic dictae. Et est talis: Ad primas intentiones pertinent

1 et hoc potest patere] WV quod patet A 1–2 his ... quod] WV dictis quia A
 2 accipiuntur] WV accipitur A 4 opere] WV operatione A 5 vel ... consimilibus]
 WV et consimilia A 6 accipiat] WV om. A | intelligibile] WV om. A 8 vel]
 WV om. A 9 accipiat] WV om. A accipiantur V 10 quaedam] WV om. A | illa]
 WV om. A 14 quod] WV om. A | intentio ... omnis] WV om. A intentio in abstracto
 scilicet ipsa V 15–17 ad ... illud] W dicendum adnunc A ad istud autem patebit
 quando tractabitur de secunda intentione ibi enim ostendetur quod illud V 17 est]
 WV om. A 19 nec ... differatur] WV sed de hoc magis infra ostenditur ubi agentur
 de secunda intentione A 20 ergo] WV om. A | facile est ostendere] WV ostendetur
 A | caecitas] WAV et add. A 21 aliae] WV consimilia et omnes A | vel] WV et A
 | rerum²] WV om. A 23 et] WV om. A 24 et hoc adiunctum] WV quod A

34 Cf. *Dist.* II, § 134.

35 Cf. *Dist.* II, §§ 133–137.

omnia illa quae dicunt aliquid conveniens rebus non prout sunt obiective
 V 6^{ra} in intellectu et quae non includunt in sua ratione aliquid | pertinens ad
 esse obiective in intellectu. Sed privationes et negationes rerum extra
 animam sunt huiusmodi. Ergo *etc.* Maior patet ex praemissis. Minor
 potest faciliter ostendi quia: Si definiatur ‘caecitas’, nihil poneretur ibi 5
 pertinens ad esse rerum obiective in intellectu, et simile est de ‘non-
 homo’. Nam si quaeratur quid est caecitas, dicetur quod est carentia visus
 in apto nato habere; si quaeratur quid est non-homo, dicetur quod est
 illud quod non est homo. Ista autem nihil includunt pertinens ad esse
 obiective in intellectu ita quod illud esse obiective formaliter includant, 10
 licet dicant aliquae quae possunt esse in intellectu obiective.

A 5^{va} 110 Secunda ratio sumitur ex habitudine negationis | ad affirmationem
 quia: Affirmatio et negatio ad idem genus pertinent, licet unum perti-
 neat positive et aliud negative; unde ‘homo’ et ‘non-homo’, ‘videns’ et
 ‘caecum’, ‘puer’ et ‘non-puer’ ad idem genus pertinent. Sed affirmationes 15
 correspondentes istis negationibus et privationibus pertinent ad primum
 genus intelligibilium. Ergo et negationes eis correspondentes et etiam
 privationes pertinent ad ipsum primum genus intelligibilium. Et sic patet
 ad quaestionem.

111 Est autem hic notandum quod hoc quod dico ‘homo’ non includit 20
 esse intentionem vel primam vel secundam, quia homo in sua defini-
 tione haec non includit. Est tamen prima intentio concretiva et prae-
 dicatione accidentali, quia scilicet potest denominari ab intentionalitate
 ipsa. Sed si accipiat homo vel lapis ut terminus ad quem sicut ad quod-
 dam intellectum et cognitum terminatur actus intelligendi, sic vel totum 25
 hoc aggregatum ‘homo terminans actum intelligendi’ includit illud quod

1 omnia] WV om. A | dicunt aliquid conveniens] WV conveniunt A 4–5 ergo ...
 ostendi] WV om. A 5 poneretur] WA ponetur V 6 rerum] WV om. A 6–7 simile
 est de non homo] WV similiter non homo A 7 nam ... quod] WV cecitas enim
 A 8 in] WA et V | si ... quod] WV et non homo A 10 obiective²] WV om. A
 | includant] WV includatur A 11 esse] WA^cV om. A | intellectu] WAV ideo etc add.
 A 12 sumitur] A om. WV 13 idem genus] AV igenus (!) W 15 caecum ... non
 puer] WV cecus A | pertinent] WAV et pater et non pater add. A 17–18 negationes ...
 privationes] WV privationes et negationes eis correspondentes A 18 primum genus
 intelligibilium] WV om. A 18–19 patet ad quaestionem] WV ad quem (!) A 20 est
 ... notandum] W notandum autem A est autem hoc notandum V | hoc ... homo] WV
 homo A | definitione] WV in sua ratione vel difinitione A 21–22 quia ... includit]
 WV om. A est add. V 22 concretiva] WV concrete A 22–23 praedicatione
 accidentali] A predicatione actuali W privatione actuali V 23 scilicet] W om. A
 vel scilicet V | intentionalitate] WV intentione A 25 intellectum et] WV om. A
 | terminatur] WA^cV determinatur A | vel] WAV scilicet add. WV

pertinet ad esse rationis quod est esse obiective in intellectu, ut dictum est, ita et hoc quod dico 'esse caecum' vel 'non-hominem' et consimilia non includunt aliquid pertinens formaliter ad esse rationis. Sed talia esse termini actus intelligendi includit iam esse rationis. Unde talia formaliter non includunt in sua ratione nisi negationem veri entis. Sed prout accipiuntur ut termini actus intelligendi, accipiuntur quasi positive, prout dicimus quod caecitas vel non-homo est aliquid intellectum. Et sic accepta scilicet quasi positive dicunt esse rationis. Unde quaecumque accipiuntur quasi affirmative, hoc est secundum rationem intelligendi.

(Ad rationes in oppositum)

- 112 Ad³⁶ primum ergo dicendum quod 'caecum' et 'non-homo' et consimilia dicunt esse | extra animam, non affirmative sed negative. Dicendum ergo ad formam argumenti, quando quaeritur quod aut dicit esse secundum animam aut esse extra, quod procedit ab insufficienti, quia debet addi: 'Aut negationem esse realis, aut negationem esse intentionalis'. Unde, sicut esse universale vel non esse universale pertinet ad secundam intentionem, ita esse hominem vel esse non-hominem pertinet ad primam intentionem.
- 113 Ad secundum³⁷ dicendum quod 'est' quod est nota praedicati in propositionibus affirmativis, dicit convenientiam praedicati ad subiectum: in propositionibus negativis autem dicit disconvenientiam praedicati ad subiectum. Et quia 'est' est nota talis convenientiae praedicati ad subiectum, dicitur quod, quando praedicatur tertio adiacens, praedicatur

1 rationis ... est] WV obiective intellectu A 2 et] WV om. A 2-3 et consimilia] WV etc A 5 non] WAV nihil V 6 termini] terminus WAV 7 non-homo] WAV vel aliquid tale add. W | aliquid] WA aliud V 8 sic] WA^cV om. A | scilicet] WV om. A | quasi] WV quod A | rationis] WV om. A 9 quasi affirmative, hoc] affirmative hoc A quasi affirmative sed V 12 ergo] W om. AV 14 ergo] WV om. A | quaeritur] WV dicitur A 15 aut esse extra] WV etc A | quod] A om. WV 16 realis] A realem reale WV 16-17 aut² ... intentionalis] W vel etiam esse intentionalis negationem A aut negationem esse intentionalem V 17 vel] WV et A 18 vel] WV et A | esse non hominem] non esse hominem WAV 20 quod est quod] WA^c quod est AV 22-23 in ... subiectum] W^cAV om. W 22 propositionibus] AV om. W^c 23 subiectum] WV subiectam A | est] W om. AV 24 dicitur] WAV^c om. V

36 Cf. § 101.

37 Cf. § 102.

V 6^{rb} quod est in alio, idest illud attribuit subiecto quod significatur | per
 praedicatum, sive sit ens sive non-ens. Convenit autem quod praedica-
 tum dicat privationem vel quod sit terminus negativus, ita tamen quod
 copula maneat affirmata, ut dicitur 'iste homo est caecus', 'leo est non-
 homo'. Et tunc ad formam rationis dicendum quod 'esse' ibi non praedicat 5
 esse rationis nec actum essendi realis positivum, sed praedicat negatio-
 nem ipsius esse realis, licet copula sit affirmativa. Si autem sit proposi-
 tio negativa, ita quod copula sit negata (ut dicendo 'iste homo non est
 videns'), tunc negatur quoddam esse reale a subiecto. Et totum pertinet
 ad primam intentionem modo quo negatio reducitur ad genus affirma- 10
 tionis.

114 Ad tertium³⁸ dicendum quod, quando ista accipiuntur quasi quae-
 dam res positivae, ut quando dicimus quod intelligere caecum vel non-
 hominem est intelligere aliquid, cum talia non sint positiva secundum
 rem sed tantum secundum rationem intelligendi inquantum accipiun- 15
 tur ut quidam termini actus intelligendi, sic accipere ea quasi quaedam
 positiva est esse secundum animam et esse secundum rationem tantum.
 Sed quando accipiuntur secundum se et absolute, non dicunt nisi nega-
 tionem entis realis et pertinent ad primam intentionem modo praedicto.
 Est autem notandum quod affirmatio et negatio pertinent ad actum intel- 20
 lectus. Sed esse terminum horum actuum pertinet ad esse obiective in
 intellectu, quod est esse secundum rationem tantum formaliter. Sed res
 vel non-entitas rei significata vel repraesentata per ista pertinent ad esse
 reale, vel sicut res vel sicut non-entitas.

1 quod¹] WV quod quod A | idest] WA om. V | attribuit] W^cA om. WV attribuitur V^c
 2 convenit] WV contingit A 3 quod¹] WV om. A 4 ut] WAV cum add. A 5 ad
 ... dicendum] WV dicendum A 6 nec] AV^c ut WV 7 licet copula sit affirmata] V
 licet copula sit affirmativa W om. A 12 quod] WA^cV om. A 13 dicimus quod] WV
 dicendo A 13-14 non-hominem ... aliquid] WV est intelligere aliud A 16 sic] WA
 sicut V 17 esse²] WV om. A 18 accipiuntur] WA om. V 19 entis] WV esse
 A 20 est autem] WV sed A 21 terminu] terminus A terminis WV | obiective] WV
 obiectivum A 22 secundum rationem] WV rationis A | formaliter] WAV loquendo
 add. A 23 non entitas] A non est entitas WV | pertinent] WA pertinet V 24 res]
 A positio W privatio V

38 Cf. § 103.

〈QUAESTIO QUINTA〉

〈*Utrum figmenta pertineant ad primas intentiones*〉

115 Ad quintum sic proceditur. Et arguitur quod figmenta non | perti- A 5^{vb}
neant ad primas intentiones sed ad secundas quia: Illa quae non habent
5 esse circumscripta operatione intellectus ipsa concipientis, pertinent ad
secundas intentiones. Sed figmenta, puta chimera vel aliquid simile, sunt
huiusmodi. Ergo *etc.* Probo maiorem quia illa quae non manent esse
circumscripta | opere intellectus, videntur esse entia tantum secundum W 8^{ra}
animam. Sed talia pertinent ad secundas intentiones. Ergo *etc.* Minor
10 satis patet quia talia figmenta non habent esse nisi quando intellectus
confingit.

116 Praeterea. Omne figmentum pertinet ad esse secundum rationem
tantum, scilicet ad esse obiective, quia figmenta non habent nisi esse
obiective in intellectu fingente ea. Sed talia, puta chimera et consimilia
15 figmenta, sunt essentialiter figmenta. Ergo ista essentialiter pertinent ad
esse rationis. Et per consequens pertinent ad secundas intentiones, non
ergo ad primam intentionem.

117 Praeterea. Illa quae tantum habent quid nominis, non pertinent ad
esse reale, sed magis ad esse intentionale, quia pertinentia ad esse reale
20 debent habere quid rei et quid nominis. Sed talia non habent nisi quid
nominis. Ergo *etc.* Maior in parte manifesta est. Posset etiam probari
aliter sic quia: Nihil est commune enti et non-enti nisi esse rationis. Sed
quid nominis est commune enti et non-enti. Ergo quid nominis dicit
esse rationis, non esse rei. Ergo *etc.* Minor autem de se patet.

5-6 pertinent ad secundas] WA pertinent ad primas V non pertinent ad primas V^c
6 intentiones] WAV quia add. A^c 6-10 sed ... habent esse] WV que non manent
circumscripta opere intellectus videntur esse entia tantum secundum animam et talia
pertinent ad secundas intentiones sed figmenta puta chimera vel aliquid tale est huius-
modi quia non sunt A 11 confingit] WAV fingit. ergo etc A 12 omne figmentum
pertinet] W^cV eam (!) figmentum pertinet W figmenta pertinent A 13 obiective]
WAV in intellectu add. A 13-14 figmenta ... consimilia] W figmenta non habent
nisi esse obiective in conceptu figmento sed talia puta chimera et consimilia V om. A
15 ista] WV om. A 16-17 et ... intentionem] WV ergo ad secundas intentiones et
non ad primas A 18 illa] WV om. A 19 ad esse¹] WV om. A | pertinentia] WV que
pertinent A 20 quid ... nominis] W quid rei V quid reale A | talia] WAV figmenta
add. A 21-22 ergo ... quia] WV quia A 22-23 nisi ... non enti] A om. W nec
ens rationis sed quid nominis est commune enti et non enti V 23 dicit] WV debet A
24 rationis] WAV et add. A | ergo ... patet] WV ergo talia non habent esse reale A

118 Praeterea. Illa quae dicunt aliquid positivum tantum secundum intellectum, non pertinent nisi ad esse rationis. Sed chimaera et consimilia sunt huiusmodi. Ergo *etc.* Minor patet quia talia non dicunt aliquid positivum secundum *⟨rem⟩*, quia in re nullam entitatem habent. Quod | autem dicant positivum, patet, nam chimaera dicit non negationem, sed magis positionem. Maior autem de se patet quia quicquid non est esse secundum rem sed aliquid esse habet, oportet quod habeat esse secundum rationem. 5

119 In contrarium est quia: Illud quod pertinet ad secundas intentiones includit in sua ratione aliquod esse rationis, scilicet aliquid conveniens rei prout est obiective in intellectu. Sed hircocervus vel chimaera nihil tale includunt. Ergo non pertinent ad secundas intentiones. Et per consequens sequitur quod pertineant ad primas cum sint quaedam quae possunt esse obiectum intellectus. Maior patet ex praecedentibus. Minor faciliter probatur quia: Si definiatur ‘hircocervus’ accipiendo quid nominis, dicitur quod est animal compositum ex hirco et cervo. Esse autem animal compositum ex hirco et cervo non includit aliquam habitudinem ad intellectum vel aliquod esse rationis. Ergo *etc.* 10 15

⟨Solutio⟩

120 Respondeo. Ad evidentiam istius quaestionis primo sciendum quod, sicut saepe dictum est, hic quaeritur de intentione prout se tenet ex parte rei intellectae et accipiendo intentionem non pro intentionalitate quae consequitur rem intellectam in habitudine ad actum intelligendi, sed pro ipso intelligibili quod a tali intentionalitate denominatur. 20

1 illa quae] WV qui A | positivum] WAV et *add.* A 2 intellectum] WV intentiones A 2–8 sed ... rationem] W quia quod habet esse et non secundum rem habet esse secundum rationem sed chimera et consimilia sunt huiusmodi quia non dicunt aliquid positivum secundum rem quia in re nullam veram habent entitatem dicunt etiam esse positivum quia chimera non dicit negationem sed magis privationem ergo *etc.* A sed chimera et consimilia sunt huiusmodi ergo *etc.* minor patet quia talia non dicunt aliquid positivum quia in re nullam entitatem habent quod [6^{va}] autem dicant positivum patet chimera dicit non negationem sed magis positionem maior autem de se patet quia si quicquid non est esse secundum rem sed aliquis (!) esse habet oportet quod habeat esse secundum rationem V 4 rem] *suppl. om.* W 9 illud] WV *om.* A 10 aliquod] WV aliquid A 11 est] WV habet esse A | obiective] WV obiectivem (!) A 12–14 et ... praecedentibus] W ergo ad primas A et per consequens sequitur quod pertinet ad primas cum sint quaedam quae possunt esse obiectum intellectus maior patet ex praecedentibus V 15 faciliter] WV *om.* A 20 istius] WV *om.* A | primo] WV est A 21 sicut ... est] WV *om.* A 22 non] WA^cV *om.* A 24 intelligibili] A intelligi WV | a tali] WV ab ipsa A

121 Prout supra dictum est quod prima intentio est primum genus intelligibile, scilicet omne illud | quod non includit aliquid conveniens rei in habitudine ad intellectum prout est in intellectu obiective, quod vocatur esse rationis prout distinguitur esse rationis contra esse reale; W 8^{rb}
 5 secunda vero intentio vocatur illud intelligibile quod in sua ratione includit tale esse rationis sicut est esse genus, universale, probabile et consimilia.

122 Secundo sciendum quod aliud est quaerere utrum figmentum sive ens secundum apparentiam et fictionem dicat secundam intentionem, et
 10 quaerere utrum hircocervus vel mons aureus dicat intentionem secundam, quia, licet verum sit dicere quod hircocervus vel mons aureus sit figmentum vel ens secundum fictionem et non secundum veritatem, tamen mons aureus vel hircocervus non includit in sua ratione vel significato talem fictionem (unde si definiretur mons aureus, diceretur quod
 15 est mons de auro). Et ideo, licet esse figmentum formaliter loquendo dicat illud quod pertinet ad secundam intentionem, tamen 'hircocervus' vel 'mons aureus' non hoc dicit vel significat. Unde credo quod sicut quando dicitur 'homo est prima intentio', est praedicatio accidentalis, ita quando dicitur quod 'hircocervus est figmentum', est praedicatio acci-
 20 dentalis. Hircocervus enim non est ille actus imaginationis vel intellectus quo fingitur hircocervus, quia tunc vere hircocervus et in rerum natura haberet esse, quia iste actus vere res quaedam est, sed illud quod repraesentatur per ipsum non est res vera, immo est vere non-entitas.

1 prout ... quod] W item A prout supra dictum est quia V 2 omne] WA esse V
 3 in intellectu] WA^c intellectu A intellectum V 4 prout ... rationis] W distinctum
 A om. V 6 probabile] WV om. A 8 aliud] WV aliquid A 8-14 sive ...
 talem fictionem] WV om. A 11-12 verum ... fictionem] W mons aureus sit ens non
 secundum veritatem sed fictum in sua tamen ratione non includit fictionem A verum sit
 dicere quod yhocervus vel mons aureus sit ens ficmentum vel ens secundum figtionem
 et non secundum veritate cum mons aureus vel irhocervus non includant in sua ratione
 vel significato tamen figtionem V 14 unde] WV ut patet A | mons aureus diceretur]
 WV dicendo A 15 figmentum] V figmentum figmentum (!) W ficmentum A fictum
 A^c | loquendo] WV om. A 16 secundam intentionem] WV secundas intentiones
 A 16-17 hircocervus vel] WV om. A 17 hoc] WA hic V | dicit] WA dicunt V
 | vel significat] WV om. A | credo quod] WV om. A 18 accidentalis] AV vocalis (!)
 W | ita] WA^cV ita quod A 19 quod] WV om. A | hircocervus] WAV mons aureus
 vel hircocervus A | figmentum] WV fictum A 19-20 accidentalis] A actualis WV
 21-22 vere ... esse] W esset vere ens in rerum natura A hircocervus et in rerum natura
 haberet esse V 22 vere] WV vera A | quod] A^c om. WAV 23 vere] WV om. A

- A 6^{ra} 123 His | praemissis dico quod chimaera, hircocervus et consimilia pertinent ad primam intentionem. Et hoc ostendo duplici ratione. Prima tacta est in opponendo quia scilicet talia non dicunt aliquid quod consequitur rem ut est obiective in intellectu; unde formaliter loquendo non dicunt esse rationis, nec oportet plus illam rationem repetere. 5
- V 6^{vb} 124 Secunda ratio sumitur ex habitudine complexi ad simplex. Et est talis quia sicut in intelligibilibus complexis | se habent impossibilia secundum rem ad esse primae intentionis, ita in simplicibus se habet compositum ex partibus impossibilibus. Sed in complexis illa in quibus affirmantur impossibilia secundum rem ad invicem, pertinent 10 ad primam intentionem; nam ista 'homo est asinus' ita pertinet ad primam intentionem, licet sit quoddam falsum, sicut 'homo est animal' vel 'homo non est asinus'. Ergo etc. Et in simplicibus illa quae dicunt aliquid compositum ex partibus impossibilibus secundum rem, pertinent ad primam intentionem, ita quod chimera, hircocervus et consimilia pertinent, ut mihi videtur, ad primam intentionem. 15
- W 8^{va} 125 Ista enim non significant esse rationis, quod pertinet | ad secundas intentiones, nec etiam esse reale existens vel possibile esse, nec etiam negationem entis possibilis sicut hoc quod dico 'non-homo'. Sed significant quoddam compositum impossibile esse in rerum natura, sicut vox 20 complexa, scilicet haec propositio 'homo est asinus', non significat convenientiam aliquorum in rerum natura convenientium, nec negationem differentium, sed convenientiam impossibilium convenire.

1 hircocervus] WV om. A 2 ostendo] WV probo A 2-3 prima ... scilicet] WV quia A 4 ut] WV prout A | loquendo] WV om. A 5 dicunt] A dicit WV | esse] WV ens A | nec ... repetere] WV hec ratio fuit tacta in opponendo A 6-7 et est talis] WV om. A 7 in] A^cV om. WA 8 primae intentionis] AV primam intentionem W 9 in¹] WA om. V 10 affirmantur] WAV^c affirmatur V | ad invicem] WV om. A 12 sicut] WAV ista add. A 13 etc] AV om. W | et] WV nam et A 15-16 ita ... intentionem] WV ut chimera et similia A 17 ista ... rationes] A si ergo queratur quid significant ista quod nec significant esse rationis WV nota add. V^m | pertinet] WA pertineat V 18 esse²] WV om. A | etiam²] AV et W 19 hoc quod dico] WV om. A 20 quoddam compositum] W quoddam A quiddam compositum V | vox] WA^cV etiam hec propositio A 21 haec propositio] WV om. A | non significat] WA^cV om. A 22 nec] WAV etiam add. W

(Ad rationes in oppositum)

126 Ad primum³⁹ ergo in oppositum dicendum quod 'aliquid non esse
circumscrip- ta operatione intellectus' dupliciter potest intelligi. Uno mo-
do quia non potest apprehendi nisi ut includens aliquid pertinens ad
5 habitudinem intelligibilis ad intellectum, ita quod illud in sua ratione
includat et quod sic non potest esse sine operatione intellectus, pertinet
ad secundam intentionem. Sic autem non est de chimaera vel hircocervo,
quia non includunt tale quid in sua ratione. Alio modo potest esse quod
aliquid non sit circumscrip- ta operatione intellectus quia non potest esse
10 nisi illa existente, ita tamen quod illam non includit in sua ratione nec
habitudinem ad ipsam dicit. Et de tali non oportet quod dicat secundam
intentionem, sed verum esset quod tale non posset esse sine secunda
intentione. Et sic posset dici de chimaera et hircocervo.

127 Vel potest dici (et melius) ad maiorem quod illud quod non habet
15 esse circumscrip- to actu intelligendi speciem, et tunc habet esse quod per-
tinet ad secundam intentionem. Et tunc dicendum est ad minorem quod
chimaera et mons aureus circumscrip- to actu intelligendi non habent
esse, et etiam posito actu intellectus non habent esse, quia talia, sive con-
cipiantur sive non, nunquam habent esse. Unde quando aliquis concipit
20 montem aureum, falsum est montem aureum esse, sed verum est quod
tunc mons aureus est quid fictum vel figmentum, et verum est quod
figmentum esse pertinet ad secundam intentionem. Sed, sicut dictum
est, montem aureum esse figmentum est praedicatio accidentalis nec est
praedicatum de ratione subiecti. Et si dicatur quod talia non habent aliud

2 ad ad etc.] nota add. V^m | ergo] WV om. A 3 dupliciter] AV similiter W 4 ut]
WV om. A 5-6 ita ... intellectus] WV et tale A 7 vel hircocervo] WV et aliis
ficmentis A 8 non] WV nihil A | in sua ratione] WV om. A 8-9 quod ... esse] AV
nisi illa existente W 10-11 ita ... dicit] WV licet nec illam nec habitudinem ad illam
includat A 12 intentionem] WA^cV om. A | sed ... tale] WV licet A 12-13 secunda
intentione] WV illa A 13 hircocervo] WV similibus A 15-16 intelligendi ...
intentionem] V intellectus speculativi sed posito et existente actu intellectus ipsum est
et ponitur verum est quod tale pertinet ad secundas intentiones A intelligitur speciem et
tunc habet esse quod pertinet ad secundam intentionem W 16 dicendum est] W om.
A dicendum V nota bene add. V^m 17 intelligendi] WV intellectus A 18 etiam]
AV om. W | actu] A actus WV | talia] WV om. A 19 nunquam] AV unquam W
| aliquis] AV aliquid W 20 aureum¹] WAV esse add. A 20-21 sed ... quid] WV
licet sit aliquid A 21 verum est quod] WV om. A 22 secundam intentionem] WV
secundas intentiones A 22-23 sicut dictum est] WV om. A 23 figmentum] V
figmentem (!) W fictum A | accidentalis] A actualis WV 24 et si dicatur] WV si dicas
A

39 Cf. § 117.

esse quam esse figmentum, dicendum quod talia, essentialiter loquendo, nec esse figmentum dicunt nec esse aliquid quod habeat esse reale, sed dicunt quoddam impossibile esse, cui potest convenire esse fictum. Et ideo bene sequitur quod esse rationis et fingi potest eis convenire, sed formaliter non dicunt ipsum fingi, sed tale impossibile, sicut dictum est. 5

128 Et per hoc patet ad secundum.⁴⁰ Quia minor est falsa, nam 'esse figmentum' non praedicatur de talibus per se ita quod includatur.

V 7^{ra} 129 Ad tertium⁴¹ dicendum ad maiorem quod | ea quae habent quid
W 8^{vb} nominis tantum, non | oportet quod dicant esse reale natum esse in
rerum natura, nec etiam oportet quod dicant esse rationis, sed possunt 10
A 6^{tb} dicere aliquid quod est impossibile esse secundum esse rei. Et | talia pos-
sunt habere quid nominis, quia etsi non sint esse rationis, esse rationis
tamen potest eis convenire denominatione accidentali, sicut esse fictum
vel conceptum. Ipsum esse ergo rationis eis convenit accidentaliter, sed
non sunt ipsum esse rationis, sed quaedam impossibilia esse secundum 15
esse reale et opposita his quae necessaria sunt in esse reali, sicut hircum
distinctum esse realiter a cervo est necessarium in rerum natura. Et huic
opponitur 'hircocervus' quod significat ista esse unum per compositio-
nem.

130 Ad quartum⁴² dicendum ad maiorem quod illud quod dicit aliquid 20
positivum tantum secundum rationem, ita quod ens positivum tantum
secundum rationem sit de ratione eius et formale significatum eius, et
pertinet ad secundam intentionem. Sed minor quae correspondet isti
maiori esset falsa, haec scilicet quod 'chimaera' dicit ens positivum tan-
tum secundum rationem, ita quod ens ipsius rationis sit eius formale 25

1 esse¹] A om. WV | talia] WAV non habent aliud esse quam esse figmentum dicendum quod talia add. W 2 esse figmentum] WV fictum A | esse aliquid] W aliquid A aliud V 3 fictum] WA figmentum V 4 et] WA^cV sicut A 5 sed ... est] WV om. A 6 et ... patet] WV per hoc A | quia] WV nam A | nam] WV quia A 7 ita quod includatur] W ut inclusum V ut inclusum in ratione eorum A 10 etiam] W om. AV 12 sint] WA sicut V 12-13 esse² ... potest] WV potest tamen A 13 accidentali] A actuali, ut dictum est WV | fictum] WV figmentum A 14 ipsum] WV om. A | accidentaliter] A actualiter WV 15 esse rationis] WV essentialiter A 18 ista] WV ea A 21-22 ita ... eius, et] W et hoc est formale significatum eius A sit de ratione eius et V ita quod esse secundum rationem sit de ratione eius et V^c 23-24 quae ... esset] WV est A 24 haec ... chimaera] WV quia figmentum ut chimera non A 25 ens ipsius rationis] WV hoc A

40 Cf. § 117.

41 Cf. § 117.

42 Cf. § 119.

significatum, immo dicit quoddam positivum impossibile quod non est
 ens rationis formaliter, licet possit denominari ab esse rationis denomi-
 natione accidentali. Sed est quoddam oppositum enti reali et ad genus
 intelligibilis realis reducitur sicut eius oppositum, sicut etiam hominem
 5 esse asinum reducitur in complexis ad genus entis realis sicut eius oppo-
 situm, unde est quoddam affirmativum impossibile.

1 immo] *WV* sed *A* 2-3 denominatione accidentali] *A* actualiter ut dictum est *WV*
 3 est] *WA^cV om. A* 4 intelligibilis] *A* intelligendi *WV* 4-5 eius ... in] *WA om. V*
 5 sicut] *WA^cV om. A*

